Dēcuplŭs, a, um, Quod rei alicujus quantitatem decies in se continet. [δεκαπλάσιος. Gall. Dex fois le double. Ital. A dieci doppi. Ger. Zehenfaltig. Hisp. Cosa de diez vezes tanto. Pol. Dziesięciorako. Vng. Tizszeres. Ang. Ten tymes double.] Liv. 9. bel. Maced: Vti ea quoq; decuplo tāto plures, quàm quanti essent æstimarentur.

Dēcŭres, Antiqui pro decurionibus usurpabant. Festus.

Dēcŭrĭo, onis, m. t. Quasi senator in municipio, aut colonia. Nam quod Romę erāt Senatores, id in municipiis & coloniis erāt Decuriones. Dictus est, autore Vlpiano, quòd initio quū deducerentur Coloniæ, decima pars deductorum conscribi solita sit. [עשרה. δεκαδάρχης, δεκαπρώτος. Gall. Decurion. Ger. Ein Rottmeister über zehen. Hisp. El que es cabeça à capitan de diez. Pol. Dziesiątnik. Vng. Tizedes. Ang. A chief officer of ten soldiers in equale authoritie.] Vnde Cic. in Orat. citat decreta Decurionū. Idē pro Sest. Recita quæso Sesti, quid decreverint Capuæ Decuriones. Plin. Iunior in Epist. Esse autem tibi centū millia numūm, satis indicat, quòd apud nos Decurio es. Igitur ut te nō Decurione solūm, verumetiam Equite Romano persuadamur, offero tibi ad implendas Equitis Romani facultates trecenta millia numūm. ¶ Decurionem dicitur, qui decem militibus, aut equitibus præest. Varro tradit in singulis turmis equitum decuriones esse ternos. Itaq; quum turma in tres decurias dividatur, singularum decuriarum præfecti decuriones dicebantur. ¶ Suetonius in Domit. Decurionem quoq; cubiculariorum dicit, qui decē cubiculariis præesset. ¶ Decurio quoq; palatii dicitur ab Ammiano, qui præest palatio.

Dēcŭrĭă, æ, f. p. Manipulus decem militū, vel aliorum hominū: cui qui præest, Decurio nominatur. [δεκάς. Gall. Une bande de dix hommes. Ital. Banda di dieci huomini. Ger. Ein Rott zehn Kriegsleutten. Hisp. La decuria, compannia de diez hombres. Pol. Rota piętnasty mężów. Ang. Tized allye. Vn. A band of ten souldiours.] Columell. Classes etiam non majoris, quàm denūm hominum faciundę, quas Decurias appellaverunt antiqui. ¶ Decuria Senatoria. Cic. 4. Verr. Hunc hominem judicum numero habebimus? hic alteram decuriam Senatoriam judex obtinebit? ¶ Decuria judicū. Cic. 5. Philip. Totum denique comessationis Antonianæ chorum in tertiam decuriam judicum scitote esse collectum.

Dēcŭrĭārĕ, act. p. Est milites cōscriptos in decurias distinguere. [εἰς τάξεις, κατὰ λόχους, δεκαστύας, κατὰ δεκάδας, κατὰ δεκαδάρχας. Pol. Na dziesiątki rozbiorać. Vng. Tized alizére osztani.] Vnde Decuriati milites: hoc est, in decurias distincti. κατὰ λόχους τεταγμένοι. Cic. pro Domo sua: Quū desperatis duobus decuriatos ac descriptos haberes exercitus perditorum. Quanquam commune potiùs verbum videtur de omnibus iis, qui quamlibet ob causam ita congregantur, ut eorū ordo quidam ac descriptio sit: atq; nō solūm de decē, sed etiā de pluribus usurpatur. Cic. in Sext. nomine collegiorum delectus habebatur quū vicatim homines conferibercntur & decuriarentur. Nam quod Cicero hic per decuriate, in ea post reditum per centuriate disitinde eadem re verba faciens. Ego, inquit, quū homines palàm conscribi centuriatiq; vidissem. Idem lib. 2. ad Qu. Frat. Eodem die S.C. factum est, ut sodalitates decuriatiq; discederent: quibus locis Decuriare est in collegia conscribere, & in ordines cogere.

Dēcŭrĭātĭŏ, verbale, Distinctio & descriptio in curias. [διαστολὴ κατὰ λόχους, κατὰ δεκάδας. Pol. Na dziesiątki podzielenie. Vng. Tized alá valaszrás.] Cic. pro Plancio: Decuriatio tribulium, descriptio populi, suffragia largitione devinctā, &c.

Dēcŭrĭātŭs, us, ui, Ipsa decuriatio. [λόχωσις. Vng. Tized alá valo szrás.] Liv. 1. bell. Pun. Et ubi ad decuriatum, & centuriatum convenisset, sua voluntate ipsi inter sese decuriati equites, centuriati pedites conjurabant sese fugæ atq; formidinis ergò non abituros.

Dēcŭrĭōnātŭs, id est, Decuriatus. [Pol. Miedzy dziesiątki polirzenie. Vng. Tizedalá valo osztás, szrás, rendbeli.] Macrob. Satur. lib. 2. ca. 3: Cùm rogaretur, ut decurionatū privigno ejus expediret.

Dēcŭrro, is, decurri, & interdū decucurri, decursum, n. t. Deorsum curro. [τρέχειν κατωφέρειν. Gall. Courir de haut en bas. Ital. Correre in giu. Ger. Hinab laufen. Bel. Afloopen. Hisp. Correr ayuso à passar. Pol. Zbiegnąć. Vng. Alá futok. Ang. To runne downe.] Virgil. 2. Aeneid. Laocoon ardens summa decurrit ab arce. Apud Suet. in Nerone c. 11, pretericū decucurri: Nobilissimus eques Romanus, elephanto supersedens per catadromum decucurrit. ¶ Item decurrere, idem quod currēdo accelerare, & festinare. Plin. Iun. Ad tacita suffragia, quasi ad remedū decurrerunt. Livius: Qui positus fortè in ilatione pontis, quū captum repentino impetu janiculū, atq; inde citatos decurrere hostes vidisset. ¶ Interdum idem quod cōfugere. Cicero pro Quintio: Ad hæc extrema & inimicissima jura tām cupide decurrebas. Plin. Epist. 64: Ad tacita suffragia, quasi ad remedium ab quod decurrerunt. ¶ Decurrere etiā milites dicuntur, quum proposito certamine exercent sese. Liv. Mos erat lustrationis, sacro peracto, decurrere exercitū, & divisas bifariā acies concurrere ad simulachrū pugnæ. Virg. 1. Aeneid. de Pallantis funere: Ter circum accensos cincti fulgentibus armis Decurrēre rogos, ter mœstū funeris ignē Lustravēre in equis. ¶ Interdū Decurrere idem est, quod ad finē usq; currere. Cic. de Senect. Nec verò velim, quasi decurso vitæ spatio, à carcere ad calces revocari. Idem pro Quint. Propè acta jam ætate decurrāq.

Dēcŭrrĭtŭr, impersonaliter, pro confugitur. [Ang. Thay runne unto for refuge.] Cæs. 1. bel. Civil. Decurritur ad illud extremū atq; ultimū Senatusconsultū. Liv. 2. bell. Maced. Decurrebatur tamen eò, ut ovans urbem iniret.

Dēcŭrsŭs, us, m. g. Actus ipse decurrēdi. [מרוצה מרוצה אש. αφεσις, κατωφέρεια. Gall. Cours, course, mouvement. Ital. Corso, caduta. Ger. Das hinab laufen. Hisp. Carrera de arriba abaxo. Pol. Zbiegnie. Vng. Alá futás. Ang. A running downe.] Liv. 1. ab Vrbe. Itaq; ne subitò ex collibus decursu Albanorū intercluderētur ab oppido, terga vertūt. ¶ Decursus pro simulachro pedestri. Gell. lib. 31: Vt in decursibus ludicris, aut simulachris prælium fieri videmus. ¶ Decursus itē ponitur pro fine cursus. Suet. in Ner. ca. 24: Sed excussus curru, ac rursùs repositus, cùm perdurare non posset destitit ante decursum, nec eo secius coronatus est.

Dēcŭrsĭō, f. t. Aliud verbale ejusdem significationis. [κατωφέρεια. Ger. Ein Lauff oder das lauffen. Vng. Alá futás.] Cic. 5. de Finib. Quem Tyberina decursio Festo illo die tanto gaudio affecit, quanto L. Paulum quum regem Persen captum adduceret eodem flumine invectum. ¶ Ponitur aliquando pro excursione. Cicer. in Epist. Necesse est Antonius Apenninō Aspibusq; se teneat, & decurionibus per equites quos habet multos, vastet ea loca, quæ incurrerit.

Dēcŭrsōrĭum, Locus in quo decurritur: [Græci κατωφέρειαν vocant. Gall. Lieu vocant. Ger. Ein Turnier oder Stechplatz. Vng. Vallyafutó hely. Ang. To place where the knihts, be kept, the turbs.]

Dēcŭrtātŭs, participium à decurto, Mutilatus, curtatus. [κολοβός, κεκολοβωμένος, κεκολοβωμένος. Gall. Accourci, tronqué, parcourcu. Ital. Accorciato, troncato. Ger. Gestutzt. Hisp. Mocho à desbarbado. Pol. Skrócony. Vng. Megrövidittetett. Ang. Made short, abbreviated.] Cicero in Oratore: Mutilo sentis quædam & quasi decurtata. Plin. lib. 25. cap. 5: Leguntur aūt tenuissimæ radices, brevesq; ac veluti decurtatæ etiam hæc.

Dēcŭs. Vide DECOR.

Dēcŭssĭs, m. t. ut ex ipsa statim compositione apparet, decem asses valebat. [Gall. Dix asses, une dexaine, une croix. Ital. Dieci assi, una decina, dinsione fatta in croce. Ger. Zehen pfennig. Hisp. Diez asses moneda de cobre, ordenada en cruz. Pol. Grosz piętnaście pieniędzy, mosiądzu maiący. Vng. Tizenötödfél. Ang. A peice of money of the valeur of ten shillings.] Varro vius pro numero denario, quē δεκάδα vocant Græci, nō tantū usurpavit. Ita enim scribit lib. 1. cap. 3: Platoni placuit decuriā numerū ea re esse perfectum, quòd ex singularibus rebus, quas monades apud Græcos dicuntur, perficitur decussis, quæ sunt ac undecim aut duodecim sunt factæ, quot superaverint non possunt esse perfectæ, donec ad alterum decussim perveniant. Reliqua vide in verbo DECVSSO.

Dēcŭssō, as, are, act. p. Est ad decussis figuram redigere. [χιάζειν. Gall. Croiser l'vn sur l'autre & disposer en forme d'vn X. Ital. Dividere incrociare. Ger. Creutzweis setzen. Hisp. Ordenar en partes como en cruz. Pol. Nakrzyżowywać. Vng. Keresztben tesszen. Ang. To crosse one thing vn another and make like the letter X.] Hoc est, res aliquas eo ordine collocare, ut sese literæ Græcæ χ, aut Latinæ X, speciē præbēāt. Ea enim figura apud Latinos vocatur Decussis: quia ut nos hodie, ita veteres quoq; hac figura numerū denarii significabāt. Quòd si bina x, per medū feces, relinquetur v, quæ figura denarii dimidia hoc est, quinarium numerum commonstrat. Vnde etiam Latini eam figuram quincūcem vocaverunt: & eas arbores, quæ ita erant collocatæ, ut hujus figuræ v, speciem referent, dicebantur in quincūcem digestæ. Sed de hoc plura suo loco. Decussis verò, ut divimus, constabat ex duobus quincūcibus ita collocatis ut X literæ imaginem exprimerēt. Inde Decussatio est aliquid ad ejus figuræ imaginem redigere. Cic. de Vniversitate: Hanc igitur conjunctionē duplicē in longitudinē dividit, mediæq; accōmodans mediam quasi decussavit. Columella lib. 4. Nam duas regulas ejus latitudinis, quo palmatos sulcos facturus est in speciem Græcæ literæ χ, decussabimus.

Dēcŭssātĭō,

Decussatim, significat per decusses. [χιαστικῶς. Gall. En forme d'vn X. en croix Sainct Andrè. Ital. In forma di croce. Ger. Creutzweiß: oder in sternen weiß. Hisp. Partiendo en tajadas como en cruz. Pol. Nakrzyz. Vng. Keresztben. Ang. In maner of this letter X.] Col. lib. ult. Rapam in alveo aut feria cōponito: deinde sicut consueverunt Salgamarii, Decussatim ferramento lunato incidito.

Decutio, is, act. 1. pen. corr. ssi, ssum, ex de, & quatio. Quatiēdo deiicio, demeto, decido. [נקף nakaph. ἀποτινάσσω. Gall. Abattre, faire cheoir, ruer jus. Ital. Crollare, gettare à terra. Germ. Abschlahen. Bel. Afslaen. Hisp. Sacudir, echar de arriba. Pol. Obiiam, otrzasam. Vng. Le rázom, le verem. Ang. To shake downe, or strike of.] Liv. lib. 1: Rex velut deliberabūdus in hortū ædiū transit, sequente nuntio filii: ibi inambulans tacitus summa capitā papaverū dicitur baculo decussisse. Col. lib. 11. cap. 2: Dum prorepentes oculi digito decuti possint. Liv. 5. bell. Pun. Munus turresq; quædam Cumis non ictæ modò fulminibus, sed etiā decusse.

Decussus, us, m. q. Decutiendi actus. [נקף nokeph. ἀποτίναξις. Gall. Abatement, abatage. Ital. Abatimento. Germ. Das abschlahen oder abschutten. Hisp. Aquel sacudimiento. Pol. Otrzasienie. Vng. Leverés, le verés. Ang. A shaking or striking of.] Plin. lib. 11. cap. 37: Aliqui tamen scribunt decidere eum, rursusq; decrescere, facilem decussu.

Dedecet pen. corr. Indecorū est, non decet. [ἀπρεπές ἐστι. Gall. Il messied, il fied mal, il est mal convenable. Ital. Disconvenirsi, non sta bene. Ger. Es gezimpt sich nicht, es steht übel. Hisp. Desconviene, no està bien. Pol. Nieprzystoy, nieprzodzy sie. Vng. Nem illik. Ang. It is unfemly and unconvenient.] Et modo personale est. Cic. 1. Offic. Vt si quidem dedeceat in illis, vitemus & ipsi. Ovid. 6. Metamorph. Admovitq; preces, quarum me dedecet usus. Cicer. 1. Offic. Nam & ratione uti, atque oratione prudenter, & agere quod agas considerate, omniq; in re quid sit verum videre & tueri decet: contraq; falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quàm delirare & mente captum esse.

Dedecus, penult. corr. Ignominia ex re turpiter gesta, probrū, turpitudo. [חרפה cherpah קלון kalon כלמה chelimmah. αἰσχύνη, ἀτιμία. Gall. Deshonneur, infamie. Ital. Infamia, dishonore. Ger. Ein schand oder unehr. Hisp. Vituperio, deshonora. Pol. Sromota, zelzywosc. Vng. Szegyen, gyalazat. Ang. Dishonestie, disworship, shame, dishonour.] Cic. 2. Tusc. Dolorem existimo maximum malorum omnium. M. Etiamne, majus quàm dedecus? Idem Att. lib. 16: Ergò id est meum factum, quod Catoni probare non possum, flagitii scilicet plenum & dedecoris. Idem pro Rosc. Amer. Sumptus effusi cum probro & dedecore.

Dedecor, is, Inhonestus. [נקלה nikleh. ἀπρεπής, αἰσχρός. Gall. Deshonneste, laid, vilain, messeant. Ital. Laido, sconcio, dishonesto. Germ. Unehrlich, geschmächt, verleumbdet. Hisp. Cosa sin honra. Pol. Zelzywy. Vng. Gyalazatos tisztességtelen. Ang. Dishonest, uncomelie and unseemelie.] Salust. Dedecores multiq; terga ab hostibus cædebantur.

Dedecorus, a, um, pen. cor. Idem. [Ang. Vnhonest, that is to others dishonour.] Tacit. lib. 3: Sextus Pompeius M. Lepidum ut socordem, inopem, & majoribus suis dedecorū, eoq; etiam sorte Asiæ depellendum incusavit.

Dedecoro, as, are, p. Dedecore afficio. [הקלה hiklah. ἀτιμάζω, αἰσχύνω. Gall. Diffamer, deshonorer. Ital. Diffamare, vituperare, dishonorare. Ger. Entehren, schenden, schmähen. Hisp. Deshonrar. Pol. Zelzywic. Vng. Meg gyalazom, megrutitom. Ang. To dishonour, to disclame ones honestie, to defile and defame.] Plaut. Bacch. Qui dedecoraris te, me, amicos, atq; alios flagitiis suis. Terent. Hecyr. Et me, & te, & familiam dedecoras. Cic. 3. Offic. Dedecorantē & urbis autoritatē & magistri. Sueton. in Nerone, Tanquā aliter illi non possint nisi morte succurrere dedecorato flagitiis omnibus.

Dedecorose. [ἀτίμως, αἰσχρῶς. Turpiter. Pol. Zsramotam, zelzywie. Vng. Rútul, illetlenül, gyalazatossan.] In Epitom. Sexti Aurel. Victoris: Dedecorose vixi, turpiùs peream. Sunt verba Neronis sua manu percuntis.

Dedico, as, pen. corr. act. p. Consecro, religiosum facio, religio ne devincio. [חנך chanach קדש kiddesch. ἀνατίθημι, καθιερόω. Gal. Dedier. Ital. Dedicare, consecrare. Ger. Weyhen, heyligen, zueignen. Hisp. Dar, applicar, ò consagrar à Dios. Pol. Offiaruie, ad lamam. Vng. Szentelem, valakinek ajanlom, dedikálom. Ang. To dedicate, to give for ever.] Liv. 1. ab Vrbe: Multa alia sacrificia, locaq; sacris faciendis quę Argeos pontifices vocant, dedicavit. Cic. 2. de Leg. Nam qui se ipse norit, primùm aliquid se habere sentiet divinum, ingenium in se suum sicut simulachrum aliquod dedicatum putabit. Ibidem: Mens, Fides, Virtus, Concordia consecratæ, & publicè dedicatæ sunt. ❧ Apud antiquos etiā legitur pro exponere. Cæcil. lib. 1. Annal. ut citat Nonius: Legati quo missi sunt, veniunt, dedicant mandata.

Dedicare, & Dicare propriè est dicendo deferre, ac obsequi, dare alicui numini, ac in perpetuum constituere. C. de Sacrosanctis Eccles. aut ingress. In Pontificio jure pro cōsecrare, quemadmodum & à Plinio in Epist. usurpatur. Tametsi ex M. Tullio pro Domo sua, ubi, quid intersit inter consecrata & dedicare, colligi potest. Fiebat autē dedicatio templi, aut per Consulem, aut per Imperatorē, præeuntibus verbis Pontificis Maximi. Ex Catanæo.

Dedicatio, f. t. Cōsecratio. [חנכה chanuchchah. καθιέρωσις, ἀφιέρωσις. Gall. Dedicement, dedication, dedicasse. Ital. Dedicatione. Ger. Einweyhung, zueignung. Hisp. Consagracion. Pol. Poswiecenie, offiarowanie. Vng. Szentelés, ajanlás dedikálás. Ang. A dedication, a geving for ever.] Cic. pro Domo sua: Nisi quem fortè illius castissimi sacerdotis superstitiosa dedicatio deterret.

Dedignor, aris, d. p. Indignū reputo, contēno. [נקל בעיני nakal beenai. ἀπαξιόω. Gal. Desdaigner, avoir en desdaing. Ital. Sprezzare, sdegnare. Ger. Unwirdig achten, verachten. Hisp. Menospreciar, desdeñar. Pol. Gardzę. Vng. Meltatlannak itelem. Ang. To disdaine, to contēne, not to vouchsafe.] Plin. in Paneg. Vt appareat, nō superbia & fastidio te amplissimos honores repudiare, qui minores non dedigneris. Virg. 4. Aen. Quos ego sum toties jam dedignata maritos. Ovid. 1. de Ponto: Is me nec comitem nec dedignatus amicum est.

Dedignatio, verbale f. t. [ἀπαξίωσις. Gall. Desdain. Ital. Sdegno. Ger. Verachtung, unwirdigung. Hisp. Menosprecio, desden. Pol. Vzgarda. Vng. Meltatlannak valo iteles, meg vetalas. Ang. A disdaining, or baiting.] Plin. in Pan. Quam speciosum est enim, quod disciplinā castrorū lapsam, extinctāq; refovisti, depulso prioris seculi malo, inertia & contumacia & dedignatione parendi.

Dedisco, is, dedidici, act. Quod didici obliviscor. [ἀπομανθάνω, ἀπομανθάνειν. Gall. Desapprendre et oublier ce qu'on a apris. Ital. Dementicare quello che si ha imparato. Ger. Entlernen, das einer erlernet hat, allgemach wider vergessen. Bel. Verleeren. Hisp. Desaprender, olvidar lo deprendido. Pol. Pamal u sie oduczam. Vng. Vizza tanulok, el felejtem az mit tanultam. Ang. To forget that one hath learneth.] Plaut. Amph. Haud equum facit, qui quod didicit, id dediscit. Cic. 3. de Orat. Ob eamq; causam juventus nostra dedisceret penè discendo. Ovid. 2. de Rem. amoris: Intrat amor mentes usu, dediscitur usu. Idem 3. Trist. Verba mihi desunt dedidicique loqui.

Dedo, is, didi, ditum, act. t. Significat in perpetuū do, vel totū subdo, sive in manus, potestatēmve & arbitrium do. [נתן nathan הסגיר hisghir. ἐκδίδωμι. Gall. Rendre ou mettre sous la puissance d'autrui. Ital. Darsi in tutto. Ger. Sich ergeben, aufgeben. Bel. Overgeven. Hisp. Darse del todo. Pol. Poddawsie. Vng. Mindenbol ̄el fogva valaki hatalma ala adom. Ang. To betake him self into the power of another.] Vnde dedere se hostibus dicitur qui se in hostium potestatem tradit. Et traditio ipsa deditio dicitur. Et qui ita se dedunt, dedititii vocātur. Plaut. in Amph. Convenit, utri victi sint eo prælio, urbem, agros, aras, focos, seq; uti dederēt. Liv. lib. 1: Sic ad supplicium Numitori Remus deditur. Cæsar libro 1: Helvetii omnium rerum inopia adducti, legatos de deditione ad eum miserunt. ❧ Forma deditionis describitur apud Liviū in deditione Collatiæ. Ita enim Rex interrogavit: Estisne vos legati, oratoresq; missi à populo Collatino, ut vos populumq; Collatinū dederetis? Sumus. Est ne populus Collatinus in sua potestate? Est. Deditisne vos populumq; Collatinum, urbem, agros, terminos, aquam, delubra, utensilia, divina, humanaq; omnia, in meam, populiq; Romani deditionem? Dedimus. Et ego recipio. ❧ Aliquando dedere est simpliciter dare. [Ang. To give him self in a thing.] Terent. And. Verberibus te cæsum in pistrinum Dave dedam. ❧ Dedere se angoribus aut voluptatibus, Cic. 2. Offic. Dedere se libidinibus, Idem 1. Tusc. Dedere se languori & desidiæ, Idem 1. Offic. Dedere aures suas Poëtis, idem pro Archia.

Deditus, particip. Addictus: [נתון nathun. ἐκδοθείς, ἀνακείμενος. Gall. Adonné, qui s'est rendu. Ital. Dedito, renduto. Ger. Ergeben. Hisp. El que se rindio al vencedor. Pol. Ten ktory sie poddał mocy drugiego. Vng. Az ki magat valamire atta, valamineg ragaszkodat. Ang. Geven to any thing yeelded.] ut, Deditus amori animus, Terent. in Hecyr. Deditus amatoriis levitatibus, Cic. 1. de Fin. ❧ Deditus voluptatibus, aut Epicuro, Cic. 1. de Fin. Deditus literis à pueritia, Cicer. ad Lentulum lib. 1. ❧ Dedita opera, idē quod data opera, Cic. pro Roscio Amer. Quæ facitis, ejusmodi sunt, ut ea dedita opera à vobis contra vosmetipsos facere videamini. Terent. in Eunuch. Apud Antiphonem uterq; pater & mater, Quasi dedita opera domi erant.

Deditim, adverb. teste Diomede Grammat. lib. 1.

Dedititius, a, um, Qui se in alterius imperiū dedidit, deditus. [נתון nathun. ἐκδότος, ὑποχείριος. Gal. Qui s'est rendu à la merci d'un autre. Ital. Rendutosi all'altrui merce & discretione. Germ. In eines andern gewalt ergeben. Hisp. El quel se rindio al vencidor. Pol. Poddany, mocz insszygolem. Vng. Valaki hatalma ala adatot. Ang. That hath betaken him to an others power, & yeeldeth.] Curtius: Multitudo dedititiorum incolis novarum urbium cum pecunia capta dono data est. Cæs. 2. bell. Gall. Quum ex dedititiis Belgis, reliquisq; Gallis complures Cæsarem sequuti, unā iter

faceret. Cicer. ad Brutum: Itaque id Senatusconsultum plerique interpretantur etiam ad tuos sive captivos, sive dedititios pertinere.

Dēdĭtĭo, verb. f. t. Dedendi actus, traditio, subjectio, quum quis se in hostis potestatem tradit. [ἔκδοσις, ἐγχείρησις. Gall. Quand on se rend, ou qu'on se met à la merci de quelqu'un. Ital. Il rendersi ad alcuno. Ger. Ergebung/auffgebung. Hisp. La rendicion del vencido à cercado. Pol. Poddanie ſię, nieprzyiacielowi. Vng. Ellenség kezébe meg adás. Ang. A yeelding.] Cic. pro leg. Manil. Spem deditionis non demit, obsidesque imperavit.

Dēdŏcērĕ, act. f. Est secus atque quis doctus est docere, ab eo, quod quis edoctus est, deducere. [ἀπομανθάνειν. Gall. Desenseigner, faire apprendre le contraire de ce qu'on a apprins. Ital. Insegnare il contrario di quanto alcuno ha imparato. Ger. Entlernen/ anderst lernen weder einer gelehrt worden ist. Bel. Ontleeren. Hisp. Desensennar lo enseñado. Pol. Oduczać, inaczey vczyć niż ſam vmiał. Vng. Külömben tanitani, vissza tanitani. Ang. To teache the contrarie, or to mak to forgett that was taught.] Quintil. lib. 3: Quanta in eluendis, quæ semel insederunt vitiis, difficultas consequatur, quum geminatum onus succedentes premat, & quidem dedocendi onus gravius, ac prius, quam docendi. Propter quod Timotheum clarum in arte tibiarum ferunt duplices ab his, quos alius instituisset, solitum exigere mercedes, quam si rudes traderentur. Cic. 1. de Fin. Si à Polyæno familiari suo Geometriam discere maluisset, quam illam etiam ipsum dedocere.

Dēdŏlĕo, les, pen. cor. Non doleo, vel dolore me privo, vel dolere desino. [ἀπαλγεῖν. Gall. Laisser ſa douleur, passer ſa douleur. Ital. Non dolersi. Ger. Verschmertzen. Hisp. Non dolerse. Pol. Oſboliwam. Vng. Nem bánkódom, bánatomat meg ſzüntetem. Ang. To ceasse frome sorie and paine.] Ovid. libro 3. Fast. Quid me in desertis morituram Liber arenis Servabas? potui dedoluisse semel.

Dēdŏlo, as, act. p. Dolabra vel ejusmodi ferramento, quæ scabra atque impolita sunt, levigo. [פסל pasal. ἀποξέω. Gall. Doler & unir une piece de bois avec une doloire ou tel instrument, l'esbaucher. Ital. Polire. Ger. Uberhoblen/abhobeln. Bel. Wavelschaven. Hisp. Dolar. Pol. Heblować, gładzić. Vng. Meg gyalulom. Ang. To chip, to hew with any instrument, to squære.] Col. lib. 5: Hæc eorumque similia pedamenta post putationem retractanda sunt, partesque eorum putres dedolandæ. Compositum est à verbo dolo: unde mediam habet brevem. Martial. lib. 11: Fractaque fabrili dedolat ossa manu. Nam syllaba prior in verbo dolo corripitur. Juvenal. I nunc atque animam ventis committe, dolato Confisus ligno. Errant itaque qui producendam esse præcipiunt.

Dēdūco, cis, pen. prod. act. 1. deduxi, deductum. Multiplex ejus usus est, sive constructionem spectes, sive significationem. Propriè enim significat ex superiori loco in inferiorem ducere. [הוליך holich הוריד horid שלח schillèach. ἐξάγω, κατάγω. Gall. Conduire & mener de haut en bas, convoyer. Ital. Scorgere, tirare, condurre al basso. Ger. Hinab führen/hinab ziehen. Bel. Aftrecken/afleide. Hisp. Sacar ò traer abaxo, traer guiando. Pol. Odwodzę. Vng. Ala viszem, el viszem. Ang. To bring downe, to bring honorably, to a place.] Et in ea significatione interdum habet ablativum sine alia præpositione, quam quæ in verbo includitur. Virg. in Pharmaceutria: Carmina vel cœlo possunt deducere Lunam. Sæpius tamen cum præpositione a, de, vel ex. Cæs. 3. bel. Civil. Deducere de rostris conantem concionari. Cato de Re rust. ca. 157. de brassicæ utilitatibus: De capite & de oculis omnia deducet, & sanum faciet. ¶ Aliquando de loco ad locum, sive de re ad rem ducere. Cicero Att. lib. 7: Probata conditio est, sed ita ut ille de his oppidis, quæ extra eam provinciam occupavisset, præsidia deduceret. Sic dicimus, Deducere ex præsidiis, & aliis locis cohortes, Cæsar 3. bell. Gallic. Deducere ex hortulis in Academiam, Cic. 2. de Nat. deor. Hirtius de bel. Alexand. lib. 4: Deducere ex regno, pro privare auferre regnum posuit. ¶ Deducere de fundo. Cic. pro Cæcin. Placuit Cæcinnæ de amicorum sententia constituere quod in rem præsentem veniretur, & de fundo Cæcinna moribus deduceretur. ¶ Deducere de via. Cicero de Fato: Nec quum hæc ita sint, est causa cur Epicurus fatum extimescat, & ab atomis petat præsidium, easque de via deducat. Atque hæc quidem magis propriè dici videntur, quam quæ sequuntur, quæ translata potius sunt. Cic. Famil. 1: Quod dat accipimus: quod instituit referre de religione, & sæpe jam retulit, ab eo deduci non potest: id est, retrahi, abduci, removeri, revocari. Quintus Cicero de Pet. Consul. Qui sine causa non amant, eos aut beneficio, aut spe, aut significando tua erga illos studia futura delinies, dans operam ut de illa animi pravitate deducas. Lactan. lib. 4: Diximus nomen religionis è vinculo pietatis esse deductum, quòd hominem sibi Deus religaverit. ¶ Habet etiam interdum accusativum cum præpositione In. Cæs. bell. Civil. lib. 3: Spe enim conficiendi negotii propè in noctem rem deduxerat. Plaut. Nunc ne quis erret vestrum, paucis in viam Deducam, siquidem operam promittitis dare. Livius: Petebant enim ne se temerè in causam deduceret. Ad eundem modum dicimus aliquem deducere in controversiam, in judicium, in jus. Item Deducere in fraudem, in discrimen, in periculum. ¶ Item cum præpositione ad. Cæs. lib. 8: Si qua hominum æquitate res ad otium deduci posset: id est, traduci. Cicer. pro Flacco: Sed sunt in illo numero multi boni, docti, prudentes, qui ad hoc judicium deducti non sunt: id est, adducti. Idem ad Att. lib. 9: De gratia & de ope quid significares, mecum ipse quærebam: spe tamen deducebar ad eam cogitationem, ut te pro tua admirabili ac singulari sapientia de otio, de pace, de concordia civium agi velle arbitrarer. Lactant. lib. 2: Homines autem ipsos ad tantam cæcitatem esse deductos, ut vivo ac vero Deo, mortuos præferant. ¶ Interdum etiam deducere idem est, quod subtrahere. Unde deducere cibum, est parcius solito cibum suppeditare. Terent. in Eun. Haud similis virgo est virginum nostrarum, quas matres student demissis humeris esse, vincto pectore, ut graciles fient. Si qua est habitior paulò pugilem esse aiunt, deducunt cibum: Tametsi bona est natura, reddunt curatura junceas. Ubi propriè (inquit Donatus) deducunt pro subtrahunt, vel subducunt, quemadmodum hi faciunt qui fame accurare solent quò sint graciliores, formosioresque. ¶ Cicer. lib. 1. Acad. Ut contra omnium sententias dies plerosque deduceret: id est, prolongaret: translatione sumpta ab araneis fila deducentibus. ¶ Pomponius in Attel. Vocem deducas oportet, ut mulieris videantur verba. Ubi deducere significat quasi in tenuitatem ducere, ἰσχναίνειν. Unde & pro subtiliter, & nihil subrusticum profert ponitur, κατεσπασμένως. Horatius: Quum lamentamur non apparere labores Nostros, & tenui deducta poëmata filo. Metaphora sumpta à lana, quæ purgata in fila trahitur. Ad hunc etiam modum dicimus Deducere rivos, quum ex majoribus fluminibus aquam per rivulos in prata derivamus. Virgil. 1. Georg. rivos deducere nulla Religio vetuit: id est, divertere. ¶ Significat item deducere, de summa aliquid demere. Cicero offic. lib. 1: Hæc igitur & talia circumspicienda sunt in omni officio, & consuetudo exercitatioque capienda, ut boni ratiocinatores officiorum esse possimus: & addendo, deducendoque, videre, quæ reliqui summa fiat, ex quo quantum cuique debeatur intelligat. ¶ Deducere etiam is dicitur, qui alicui officii gratia vel honoris præstat comitatum. Liv. Frequentesque eum domum deduxerunt. Cic. Fam. 10: Quumque magna multitudo optimorum virorum, & civium me de domo deduceret, fuit continuò omnes participes meæ voluptatis. ¶ Deducimus quoque sponsam marito, vel ad maritum, vel amicam adamanti. Cic. 4. Verr. Hic est Docimus ad quem ille deduxerat Tertiam Isidori mimi filiam. Tibullus: Ut juveni primum virgo est deducta marito.

Dēdūctĭo, onis, verbale, f. t. à deduco, est actus deducendi. [שלוח schilluach. παραγωγή, ἀπαγωγή. Gall. Conduitte. Ital. Scortamento, condotta. Ger. Beleitung/hinabführung. Hisp. Sacamiento de lugar, traḥimiento. Pol. Odwiedźenie. Vng. Alá, viuès, el kisérés. Ang. A conveighing or conducting.] Unde aquarum deductiones dicimus, quum ex fonte aut flumine per rivos aqua deducitur. Cicero pro leg. Agrar. Tum quæ erit in istos agros deductio? Idem de divin. lib. 1: Ex quo illa admirabilis à majoribus Albanæ aquæ facta deductio est. ¶ Non ineleganter etiam deductio significat detractionem minoris summæ à majori. Cic. in Verr. Certis nominibus deductiones fieri solebant.

Dēdūctŏr, oris, m. t. Qui honoris causa aliquem deducit. [מוליך molich משלח meschallèach. ὁ τὸν ὁδὸν καθηγούμενος, ὁ προπομπός. Gall. Conducteur, qui conduit. Ital. Conduttore, chi conduce. Germ. Beleiter/der auff dem weg etwan hin einen beleitet. Hisp. Guiador. Pol. Przewodnik, przeprowadzacz. Vng. Alá viuò, el kisérò. Ang. One that conducteth or accompanieth another.] Quint. Cicer. ad M. fratrem: Hujus autem rei tres sunt partes: una salutatorum, quum domum veniunt: altera deductorum: tertia assectatorum.

Dēdūctĭŏr, Gracilior. [Pol. Cieńszy. Vng. Vékonb.] Suetonius in Augusto: Nasum à summo eminentiorem & ab imo deductiorem.

Dēerrārĕ, n. p. est De via, sive ratione declinare. [הִתְעָה hithah סלף silèf. ἀποπλανᾶσθαι, ἀποπλανᾶν. Gall. Se fourvoyer, faillir, esgarer. Ital. Errare, vagare. Ger. Verirren/irr gehen. Bel. Afwaelen. Hisp. Dexar ò perder el camino. Pol. Obłądzić, zbłądzić. Vng. El tévelyedni. Ang. To erre and go astraye.] Quint. lib. 10. cap. 2: Frequenter etiam fortuita hoc cogitatio præstat, ut obvios non videamus, & itinere deerremus. Virgil. Aegloq. 7: vir gregis ipse caper deerraverat. Autor ad Herenn. lib. 1: Si translationibus nullis utemur, & si non deerrabimus ab eo quod cœpimus exponere.

Dēfæco, act. p. cum diphthongo, Significat à fæce purgo, quasi fæcem detraho. [זקק zikkèk. ἀποτρυγίζω, διϋλίζω. Gall. Oster la lie, faire rassoir & esclarcir. Ital. Purgare, levar la feccia. Ger. Von der trüsen sauberen, leuteren. Hisp. Sacar las heces. Pol. Zbieram drożdże. Vng. Meg ſzüröm, tisztitom. Ang. To fyne, to take away the lies and filth.] Plinius libro 18: Per brumam vitem ne colito, vina tamen defæcari, etiam diffundi Higinus suadet.

¶ Hinc

¶ Hinc vinum defæcatum dicitur, quando est à fæce repurgatum, & similiter omnia pura inturbata, & sinè sordibus, defæcata dicuntur, [illegible]. Plautus in Aulular. Nūc defæcato demum animo egredior domo: id est, ab angore purgato. Propriè Colum. lib. ult. Et defæcatum vinum in amphoras bonas adjicito.

Defalcāre, act. p. Significat tollere & amputare, quasi falce abscindere. [[illegible]. Gall. Defalquer, oster & rabatre. Ital. Diffalcare, tagliare. Ger. Abschneiden, hinweg oder dannen thun. Hisp. Alçar ò quitar, cortar ò podar. Pol. Odciąć. Vng. Le kasalnk. Ang. To shred or cutt away.]

Dēfāmo, as, pen. prod. act. p. Fama privo, sicut Diffamo. [חרף cherph גדף ghiddeph. [illegible]. Gall. Vituperer, diffamer. Ital. Vituperare, infamare. Germ. Verleumbden Bel. Diffameren. Hisp. Infamar. Pol. [illegible], zelżywam. Vng. Meg gyalazom. Ang. To defame, to distaine ones honestie.] Gell. Vt vocabula eorum quoq; defamata atq; deformia cū rebus ipsis viderentur.

Dēfāmātus, Infamis. [Pol. Zelżony. Vng. Gyalázatos, meg gyaláz[illegible].] Gell. lib. 9. cap. 2: Vt vocabula quoq; eorum defamata, atq; deformia cum ipsis viderentur.

Dēfatigo, as, activum verbum est, com. prim. Significans lassum, & labore defectum reddo, defatigationē & laborem afficio. [הטריח hitriach הלאה helaah [illegible]. Gall. Lasser, defatiguer, travailler. Ital. Affaticare, stancare. Ger. Ermüden/ müd machen. Hisp. Cansar mucho a otra cosa. Pol. Vmorzam sie, mordui. Vng. Ki faraszom. Ang. To wearie, to tyre.] Cic. 3. de Orat. Profectò nūquam conquiescam, neq; defatigabor, antequam illorum [illegible] vias rationesq;, & pro omnibus, & contra omnia disputandi percepero. Idem pro Marcell. Noli in conservandis bonis viris defatigari. Defatigare aliquem assiduo labore, Cæsar 7 bell. Gall. Cic. 3. de Legib. Ille verò etsi tuus totus [illegible], gratissimamq; memoriam retinet consulatus tui, pace tua dicam, non modò Censores, sed etiam judices omnes potest defatigare.

Dēfatigātus, participium, Languens, lassus, labore confectus, [נלאה nilah [illegible]. Gall. Lassé, travaillé. Ital. Stanco. Ger. Ermüdet. Hisp. Cansado. Pol. Vmmorzony. Vng. El faradot, fent. Ang. Wearied.] Terent. in Andria: Deceptus sum, non defatigatus.

Dēfatigātio, verbale, fœ. Lassitudo. [תלאה telaah. [illegible]. Gall. Lassement, Lassitè. Ital. Stankezza. Ger. Ermüdung. Hisp. Cansancio. Pol. Vlanie, vmmorzenie, [illegible]. Vng. El faradas, meg lankadas. Ang. Wearinesse.] Cic. de Senect. Corpora quidem exercitationem defatigatione ingravescunt, animi autem se exercendo levantur.

Dēfectio, Defectivus, Defector, Vide DEFICIO.

Dēfendo, dis, di, sum, act. t. Tueor, tego, protego, propugno. [גן ghan [illegible]. Gall. Defendre. Ital. Defendere. Ger. Beschirmen, bewaren. Bel. Beschermen. Hisp. Defender. Pol. Bronie, zasłaniam. Vng. Oltalmazom, meg mentem. Ang. To defend.] Duobus autem modis ab aliquo defendi dicimur: à patrono nostro, vel defensore: ut quum dicimus Sext. Roscium fuisse defensum à Cicerone. Altero modo dicimur defendi ab adversario: hoc est, ab injuria, vel contra injuriam adversarii. Vt si nobis adversarentur judices, & Cicero tueatur, rectè dicemus defendi nos à judicibus: non quòd illi nos defendant, sed quòd præsidio Ciceronis ab illorum injuria defendamur. Cic. lib. 1. Offic. Qui autem non defendit, nec obsistit si potest injuriæ, tam est in vitio, quàm qui, &c. Differt tamen defendere à propugnare: quia defensio est, quocunq; modo fiat: propugnatio autem, nonnisi per contentionem. Dicimus autem, Defendo frigus tibi: &, defendo te à frigore. Virg. Aeglog. 7: Solstitium pecori defendite, jam venit æstas. Et paulò antè: [illegible] teneras defendo à frigore myrtos. ¶ Accipitur etiā interdum defendo pro arceo, sive depello. Gellius: Quint. Claudius defendebat hostes à pinnis facillimè.

Dēfensor, oris, m. t. Qui defendit, propugnator, patronus. [מגן [illegible]. Gall. Defendeur, protecteur, defenseur. Ital. Defenditore. Germ. Ein beschirmer. Hisp. Defendedor. Pol. Obronca. Vng. Oltalmazó. Ang. A defendour.] Cicer. 3. Verr. Sed ego defensorem in mea persona, non accusatorē maximè laudatum [illegible]. ¶ Paterni juris defensor, & quasi patrimonii propugnator sui: apud eundem 1. de Orat. Et pro Rabirio: Custos defensorq; juris & libertatis. ¶ Defensor (tametsi à Procuratore non usquequaq; differt) dicitur, qui absq; mandato cum satisdatione alterū in judicio defendit, atq; tuetur, ut est in l. minor. cum duabus proximè sequentibus. ff. de Procurat. Vnde defensores civitatum, appellant Imperatores minorem illum magistratum, qui parētis vicem plebi exhibere videtur, tuerieq; debet, ne innocens & subita rusticitas prægravetur. C. & in Aut. de Defens. Civit.

Dēfensio, f. t. Propugnatio, patrociniū. [מגן maghen. [illegible]. Gall. Defense. Ital. Difesa. Ger. Beschirmung. Hisp. Defension. Pol. Obrona. Vng. Oltalmazás, oltalom. Ang. Defence.] Cicer. 4. Acad. Vt ea pars defensionis relinquatur. Et pro Cluent. Innocentiæ defensio sæpe multorum improbitate interclusa respirat. ¶ Defensio est instantis, imminentisve offensionis propulsatio. Vbi hæc cessat, non est quod propulsari queat: ab offensione enim omnis defensionis pendet ratio. Vide Salomon. in l. ut vim. de just. & jur. quo verò jure defensio nitatur, Bartol. explicat in ea. l. & quam variè accipiēda sit, refert ipse in l. de pupillo. §. 1. & fin. 1. ff. de Oper. no. nunc. Defensio pro accusatione apud Iurisconsul. in l. sed si Reipub. de Vsur. Itē pro exceptione usurpatur. l. 3. C. de jur. & facti ignor. l. si quidem. De except. Alb. Defensio illicita dicitur, quum offensio licita censetur. Bald. tex. singularis est, in l. si pignore. §. furem. de fur.

Dēfenso, as, are, frequentativum. [Gall. Defendre souvent. Ital. Difensare. Ger. Sich beschirmen eins beschirmens. Hisp. Mucho defender. Pol. Vstawnie bronie. Vng. Oltalmazom. Ang. To defend often.] Plautus in Bacch. Noster esto dum te poteris defensare injuria. Salust. Arma capientes alios ab hostibus defensabant.

Dēfensito, tas, act. p. aliud frequentativum. [[illegible]. Gall. Defendre fort souvent. Ital. Difendere bene & spesso. Ger. Sich viel und offt beschirmen. Hisp. Muy mucho defender. Pol. Vstawicznie sie bronie. Vng. Oltalmazdogalom. Ang. To defend very often.] Cicer. lib. 1. Offic. Si igitur non poterit, sive causas defensitare, sive populum concionibus tenere, sive bella gerere: illa tamen præstare debebit, quæ erunt in ipsius potestate. ¶ Defensitare causas, apud eundem, de Clar. Orat.

Dēfensūri, pro defensum iri, vetustè dicitur, quemadmodum debitu iri, pro Debitum iri: daturi, pro datum iri. Vlpian. de dot. prælēg. Et mulierem agentem ex testamēto cavere debere adversus maritum defensuiri hæredem: ergo maritus idem debebit cavere adversus mulierem defensum si prior agat.

Dēfĕro, penultima correpta, a. inconf. detuli, delatum, Affero, confero, offero, tribuo. [נשא nasà הוביל hobil. [illegible]. Gal. Deporter, porter de l'un à l'autre. Ital. Conferire, portare. Ger. Bringen/tragen. Hisp. Traer, llevar. Pol. Dair, abdarzam, [illegible]. Vng. El hozom, hordom. Ang. To bring some one to another.] Plaut. in Amph. Quid si è portu navis huc nos dormientes detulit? Regitq; semper accusativū casum, & hoc aliquādo cum dativo. Plaut. in Trin. Dimittā, ut te velle video, sed mōstra hosce homines mihi: Hos ego quæro, quibus me oportet has deferre epistolas. ¶ Aliquando cum præpositione Ad. Idem in Asin. Egōn' ut non modò uxori meæ Surripiam in delicias pallam quam habet, atque ad te deferam? ¶ Aliquando cum præpositione In. Plin. lib. 12. cap. 19: Hi recto cursu per sinus impellunt, atq; à promontorii ambitu Argestæ deferunt in portum Gebanitarum. Et Plin. Iun. Defertur Meganus in Rhenū. Sic deferri in errorem, deferri in præceps. ¶ Significat quoq; nuntiare, certiorem facere. Cicero Famil. 15: Quæ ad me delata essent, scribenda ad vos putavi. Idem Famil. 5: Quod scribis de beneficiis, scito à me & Trib. milit. & præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos esse: in quo quidem ratio me fefellit: liberum enim mihi tempus ad eos deferendos existimabam dari. Postea certior sum factus, triginta diebus deferri necesse esse, quibus rationes retulissem. Vbi deferre communiter pro denuntiare exponunt. [illegible]. Solebant autem provinciis præfecti decedentes, quum jam rationes suas deponerent, etiam eorum nomina, qui se cum illis præclarè gessissent, deferre quò & ipsi aliquando pro meritis suis aliquid beneficiorum à Senatu consequerentur. ¶ Interdum habet hoc verbum accusationem, præsertim quum post se habet accusativum nomen. [illegible]. Plaut. in Aulul. ad Tresviros jam ego deferā tuum nomen. Cicero in Verr. Servi cujusdam nomen defertur: is accusatur, ficti testes in eum dantur. Differunt tamen deferre nomen & accusare. Nam deferre nomen dicitur, qui legibus interrogat apud magistratū, ut si interrogatus neget, ejus nomen in reos referatur: deniq; deferre nomen idem est, quod reum facere. Accusare verò est agere causam, & suum reum in judiciū adducere. Hinc delatores qui crimina deferunt, & delatio, criminis denuntiatio. Ex Horomano. ¶ Deferre quoq; causam dicitur cliens ad patronum, quum eum consulit, & illi controversiæ ordinem argumentumq; exponit. Cic. in Verr. Itaq; ad me præter cæteros, hanc quærimoniam Sicilia detulit lacrymis. ¶ Pertinet etiā ad dignitatem, & honorem, & venerationem, & officium, [illegible]. variisq; modis ponitur ac constituitur. Liv. lib. 1: Omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt: id est, offerendum atq; tradendum. Cic. Octavio: Quæ tibi non antequam postulares majora, quàm velles, plura quàm sperares, detulit Senatus. Idem Trebatio: Vniversum studium & benevolentiā ad te defero: id est, tibi attribuo.

Dēferre appellatione in jure pontificio, idem est, quod admittere appellationem. Vide Archid. extr. de appellat. cap. cum appellat. libro 6: Deferre hæreditatem, deferre jusjurandum, deferre

deferre judicium, notæ & frequentes apud Iurisconsultos locutiones. Deferre caussam ad patronum dicitur cliens, quum eum consulit, & ei controversiæ ordinem argumentumq; exponit. [Ger. Den handel anzeigen.] Deferre in ærarium, item deferre in principis Commentarium quid sit, Budæus explicat in l. abesse, de Minori. cujus sensum Accursius non intellexit. Deferre nomen propriè non est accusare, sed apud magistratum, vel judicem de aliquo crimine ante accusationē denuntiare, & alium in capitis discrimen rapere. Deferre reum, idem est, quod postulare, & ut cognitionem suscipiat, petere. l. d. ferre. de jur. fisc. Quomodo autem id fiebat, docet Alciatus in l. indicasse. de verb. signif.

Delātŭs, a, um, participium passivum. Navis in portum delata est: id est, devecta. [מובאל mubâl. κομισθεὶς. Gall. Amené. Ital. Portato. Ger. Getragen. Hisp. Traīdo. Pol. Przyniesiony, przynieſiony. Vng. El hozattatot. Ang. Broght, caryed.] Hic delatus est lectica: id est, deportatus. Cic. 1. de Orator. Divinitus ad nos delatus vir. ❡ Delatus item, Accusatus. [מלושן melasschân. διαβληθεὶς, ἐπιαχθεὶς. Gall. Accusé. Ital. Accusato. Germ. Vertragen/ antiagt. Hisp. Acusado. Pol. Oskarzony. Ang. Accused.] Cicero de Invent. Vt in quodam judicio, quum venefici cujusdam nomen esset delatum, &c.

Delā ŏr, oris, m. t. Occultus accusator dicitur, & calumniator. [הולך רכיל holech rachil מלושן melasschân. διάβολος. Gall. Accusateur, mouschar, delateur & denonciateur à iustice. Ital. Accusatore, rapportatore. Germ. Ein ohrentrager/ der einen heimlich verretschet/ vnnd verträgt. Bel. Verrader/ aenbrengher. Hisp. Accusador, malsin. Pol. Taiemny oskarce, panſnik. Vng. Arulo, finderio, vádolo. Ang. A secret accuser or complainer.] Plinius in Panegyr. Delatorum classis permissa omnibus ventis. Martial. Et delator habet quod dabat, exilium. Suetonius de Domit. Deferebaturq; vox ejus, Princeps qui delatores non castigat, irritat. Vide Alexand. ab Alexand. cap. 21. lib. 14.

Dēlātĭo, onis, f. t. Accusatio. [διάβολή. Gall. Accusation ou denonciation à la iustice. Ital. Accusatione. Germ. Das heimlich vertragen oder verretschen/ antiagung. Hisp. Accusation de aquel que malsina. Pol. Cycha skarga. Vng. Arulas, findarlas, vádolás. Ang. An accusation or complainte secretlie made.] Cic. pro Cluent. Qui sibi delationem nominis & capitis periculum ostentarat. Cælius Ciccer. lib. 8. Illud mihi occurrit, quod inter postulationem, & nominis delationem, uxor à Dolabella discessit.

Dēfervĕo, n. f. Fervere desino, refrigeror, calorē amitto. [ἀποζέω. Gall. Laisser à bouillir, cesser de bouillir, ne bouillir plus se refroidir. Ital. Cessare di bollire. Germ. Auffhören siedend sein. Bel. Wedercomb caut werden. Hisp. Dexar de hervir. Pol. Przestawam wrzeć. Vng. Forralni meg állok. Ang. To cease frome seething or boyling, to lose heat and waxe cold.] Gellius: Interea puer venit, & olla defervuerat. Per metaphoram, mitesco, placidus fio, πραΰνομαι, ἠρεμίζομαι. Plinius in Epist. Quum jam satis ille primus impetus deferviſſet, & languidior in dies ira ad justitiam rediſſet. Cicero pro Cælio: Si splendor, si nitor, jam ista deferbuerint, jam ætas omnia, jam ista dies mitigarit.

Dēfervēscĕrĕ, n. t. Fervorem amittere. ἀποζεῖν. Et per translationem, ardorem animi deponere. [ἀποζυμοῦμαι. Pol. Opplꝛuwac. Vng. Forraltul meg állani. Ang. To lose the heat.] Cicer. 4. Tuscul. Aut rogandi, orandiq; sunt, ut si quam habent ulciscendi vim, differant in tempus aliud, dum defervescat ira. Sed hoc per translationem, quasi ira sit ignis quidam animum incendens. Colum. propriè pro refrigerari posuit, lib. 2. de fœno loquens: Prudentes agricolæ, quanvis jam illatum tecto nō antè componunt, quàm per paucos dies temerè congestum in se concoqui, & defervescere patiantur.

Dēfervĕfăcĭo, act. t. Non significat refrigerare, ut nonnulli existimant, sed valde fervere facio, ut DE significationem verbi augeat. [הרתיח hirtiach. ἐκζέω. Gall. Faire bouillir. Ital. Far bollire forte. Germ. Gutsiedig machen. Hisp. Hazer hervir. Pol. Obwarzam. Vng. Föl forralom, rotyogtatom. Ang. To make, to boyle and seeth greatlie.] Cato de Re rustica cap. 157: Brassicam macerato bene, postea in ollam conjicito: defervefacito bene: ubi cocta erit, bene aquam defundito. Plin. lib. 25. cap. 7: Radix caprifici, defervefacta in vino, dentium dolores sedat.

Dēfĕtīscŏr, deponens, compositum ab antiquo verbo fatiscor permutationem a literæ in e, significat labore deficio. [נלאה nileāh. κάμνω, κοπιῶ. Gall. Se lasser, estre lassé. Ital. Stancarsi, straccarsi. Germ. Von arbeit müd oder machtlos werden. Bel. Mat worden. Hisp. Ser fatigado, o cansarse, o desfallescer. Pol. Od roboty mdleie. Vng. El lankadok, faradok. Ang. To be tired and wearie, to faynt.] Terent. in Phorm. Hæres mihi solicitudini est, Neque defetiscar unquam ego experier, Donec tibi id quod pollicitus sum effecero. ❡ De hujus verbi præterito inter Grammaticos non convenit. Priscianus enim vult ejus præteritum esse defessus sum, sicuti à fatiscor fessus sum. Contrà Diomedes fessus & defessus nomina esse vult, non participia, cujus sententia videtur verisimilior. Neq; enim fessus aut defessus tempus ullum importat more participiorum, neque actionem aut passionem, sed idem omnino significat quod lassus, quòd certè nomen esse nemo dubitat. Differunt autem hæc duo à participio fatigatus, sicut calidus & calefactus, quorum hoc & tempus & passionem significat, illud solam qualitatem. Sic fatigatus dicitur ille, quem res aliqua fatigavit: fessus autem & defessus simpliciter qui labore deficit. Hinc compositum Indefessus, idem quod indefatigabilis, ἀκάματος. Claud. lib. 1. de Rapt. Proserp. Indefessa feras nulla cessabimus hora, Non requies, non somnus erit, dum pignus ademptum Inveniam. ❡ Verba aūt hęc fatiscor & defatiscor, in usu non sunt, sed eorum loco utimur verbo neutro fatisco, quod ejusdem est significationis. Colum. lib. 2: Sed omni solo, quod prædictorum leguminum segetibus fatiscit, una præsens medicina est, ut stercore adjuves, & absumptas vires hoc pabulo refoveas.

Dēfĭcĭo, deficis, ex de & facio, n. t. Desum, descisco, desero. [חסר chasér אפס aphés סף saph. ἐκλείπω, ἀπολείπω. Gall. Defaillir. Ital. Mancare. Germ. Gepresten/ nicht gnugsam sein. Belg. Gepreten. Hisp. Desfallecer, o faltar. Pol. Niedostawamy, nie [illegible]. Vng. El fogyok, (item) el haylok, el állok, el szakadok, el basomlom, el pártolok. Ang. To faile, to lacke.] Cicer. 3. in Verr. Vereter ne mihi crimina non suppeterent, ne oratio deesset, ne vox viresq; deficerent. Idem Servio Sulp. Sed opprimor interdum, & vix resisto dolori, quòd ea me solatia deficiunt, quæ cæteris (quorum mihi exempla propono) simili in fortuna non defuerunt. Et more suo hic fecit Cicero, ut per Desum, deficio exponeret. Hinc Defectus, pro privatione deducitur: de quo infrà. ❡ Legimus etiam Deficere absolutè positum pro deesse: ἀπολείπειν. Hirtius: Quare neq; tanti sum animi, ut sine spe castra oppugnanda censeam: neq; tanti timoris, ut ipse deficiam. Hoc paulò pôst alio modo dixit: Deficere animo, ἀθυμεῖν. Martius (inquit) Rufus Quæstor in castris relictus à Curione, cohortatus suos ne animo deficiant: id est, terreantur & animus desit. ❡ Invenitur etiam cum accusativo pro derelinquere, sive destituere positum: quanquam in sensu idem fit tam deesse, ἐγκαταλείπειν. Cicer. 4. in Verr. Iam me vires deficere cœperunt. Idem 3. de Orat. Prudentia nunquam deficit oratorem. Cæsar: Frustrà meæ vitæ subvenire conamini, quoniam sanguis viresq; deficiunt: id est, ἐξαλείπουσιν. Similem omnino usum habet verbum Desero Salust. in Iugurtha: Sed diffidis partium, deq; omnibus civitatis moribus, si [illegible] neque pro magnitudine parem disserere, tempus quam [illegible] maturiùs me deseret. Habet autem deficio in ea significatione ferè semper ante se nominativum rei inanimatæ: ut, Dies me deficit, Vox te deficit. ἐπιλείπει. & Oratio illum deficit. Lactantius lib. 7: Non enim verendum, ne tàm in bona causa deficiat oratio, qui sæpè etiam malos copiosè ac fortiter defendit. Cæsar lib. 2. Ipsos res frumentaria deficere cœpit. Si quis tamen in his dativo pro accusativo utatur, non culpandus erit, frequentiùs tamen cum accusativo usurpatur. Non rectè autem dicas per nominativum rei animatæ: Vxor me deficit: sed, à me deficit. ❡ Item Deficere cū accusativo significat non suggerere. Virg. 1. Georg. quum jam glandes atq; arbuta sacræ Deficerent sylvæ: id est, non suggererent glandes atq; arbuta. Sic enim exponunt hunc locum pleriq; interpretes: quanquam non malè ibi deficerent pro deessent accipere possimus, ut Arbuta & glandes, nominativos esse intelligamus, sylvæ autem dativum. ❡ Interdum absolutè ponitur pro finire, desinere, ἀπολήγειν: ut, Hic præ mœrore defecit. ❡ Martianus: Tam demum id agere consilium erat, quum vita defecit. ❡ Construitur quandoq; cum ablativo sine præpositione, & sic sumitur pro carere sive privari, στερέω. Columella lib. 3. de vite loquens: Quumq; transtuleris (inquit) de humido in aridum locū, vide ne pristino alimento deficiat. Idem: Cōmodè fluunt, nec deficiunt sacro solo. Idem lib. 3, passivo usus est, lugarū quadam parte deficitur quadā superat. Et lib. 8: Qui si memoria deficitur quo minus agnoscat cujusq; progeniē, pice liquida eandē notam scrofæ & porcis imponat. ❡ Item: Deficere debitores dicitur, quorū facultates ita imminutæ sunt, ut jam solvendo non sint. L. 3. D. de jur. fisci. unde defectus facultatibus apud Vlp. L. si extraneus. D. de im. dot. ❡ Capitur & pro deficere, recedere seu rebellare, desciscere, deserere: [מרד maràd פשע pasch]. ἀφίσταμαι. Gall. Se revolter se rendre du parti contraire. Ital. Rebellare. Ger. Abfallen/ abtrünnig werde. Hisp. Rebellar. Pol. Odstawam, opuszczam. Vng. El partolok, el hasolok. Ang. To make defection or yelde to the contrare parte.] & tunc ablativo jungitur cum præpositione. Salust. in Iugurt. Quod oppidum primum omnium post malam pugnam ab rege defecerat. Deficere etiam dicuntur, qui ab his quorum sub imperio sunt desciscunt, & in hostium numerū se conferunt. Cic. Lælio: Difficile est amicitiam manere si à virtute defeceris. Liv. libro 2: Eodem anno duæ coloniæ, Pomeria & Cora ad Auruncos deficiunt. Hoc est, Romanos deserunt transeuntes ad Auruncos.

Defĭcĭo

Defectór, verbale, m.t. [שׁוֹבָב poschbab, ἀποστάτης. Gall. Rebelle, celuy qui s'est revolté, apostat. Ital. Ribello. Ger. Abfellig/Abtrünnig. Hisp. Rebelador. Pol. Odstępca, odszczepieniec. Vng. El hasonlo, el pártolo. Ang. A revolter or yelder to the contrare part.] Suetonius in Neron. capite 43: Revocatisq; ad pœnitentiam defectoribus, &c.

Defectus, a, um, particip. à deficio vel deficior, habet significationem activam in voce passiva: [ἀπολελοιπώς. Pol. Niedostateczny. Vng. El fogyatkozot, el erőtelenült.] ut Defectus robore animi, ἀδύνατος. Colum. Diligentis patrisfamilias est, primam quamq; arborem senio defectam tollere: id est, quæ deficit. Quint. lib. 5: Vt si obsessi & impares, & aqua ciboq; defecti, de facienda ad hostem deditione deliberent. i. qui defecerunt. ¶ Defectus, passivè, καταλελειμμένος. Cic. in Oratione antequam iret in exilium: Nec vel solus defectus ad calamitatem, vel primus vocatus ad tale periculum, omnium animos jure debeo commovere. Defecta senectutis homo. i. senectute confectus. Vlpianus de Vsufruct. Vt puta ægrotanti servo, vel infanti, vel defectæ senectutis homini. Eodem modo defectus ætate dicitur pro confectus. ¶ Defectus poni videtur aliquando pro perfectus. Cic. ad Att. Libri ad Varronem non morabuntur: sunt enim defecti id est, perfecti.

Defectior, comparativus, & Defectissimus superlativus. [Vng. El fogyatkozottabb, erőtelenebb.] Colum. in præfat. Sed sive tuncũ locupletioris est turba pedissequorum lecticariorumq; defectissimum quemq; annis & viribus in agrum relegat, &c. Apuleius in Apologia. Cur in planis quidem speculis fermè pares obtutus ac imagines videntur, in tumidis verò & globosis omnia defectiora, at contrà in cavis auctiora?

Defectus, us, nomẽ, m.q. significat penuriam, non vitium aut culpam aut morbum: [חֶסֶר chéser, ἔλλειψις. Gall. Defaut, defaillance. Ital. Bisogno, difetto, mancamento. Ger. Ein prästen/mangel. Hisp. Falta, mengua. Pol. Niedostatek, chudoba, defekt. Vng. Fogyatkozás. Ang. A lacke, a failing.] ut Defectu ciborũ dedimus nos hostibus. Liv. lib. 4: Defectus alibi aquarum circa torridos fontes rivosq; stragem siti pecorum morientium dedit. ¶ Interdum dicitur diminutio. Gell. lib. 2: Sed de Lunæ motibus Solisq; defectibus. Vnde Defectio Solis & Lunę dicimus. Defectus animi, sive defectus animæ (ut Celso moris est loqui) λειποψυχία, λειποθυμία Græcè dicitur. A' nostris etiam animi deliquium, & verba linqui animo, & intermori, & deficere, & extinctæ animæ speciẽ præbere: quos Plinius & defectos animo quandoq; appellat. Defect verò corpora, & defecti, sunt quos Græci παρέτους, quasi resolutos, & resolutionem ipsam, παράλυσιν dicunt: qui & synechici vocantur, & syntexes, defectiones. Plinius: Genus unum quod bion vocamus, prodest stomacho dissoluto, & prægnantibus & defectis. Martial.

> Dulcia defecta modulatur carmina lingua,
> Cantator cygnus funeris ipse sui.

Defectio, f.t. Recessio seu rebellio, vel militum ab Imperatore, vel servorum à domino: qui dicuntur deficere, quum ab eorum gubernatione discedunt. [מֶרֶד méred, שֶׁבֶשׁ poschbab, ἀπόστασις, ἀποστασία. Gall. Revoltement, rebellion. Ital. Ribellione. Germ. Abfal. Hisp. Rebelion. Pol. Odstąpienie, odszczepienie, odstanie, odpadnienie. Vng. El pártolás, el hasonlás. Ang. A defection, revolting or yelding to the contrare parte.] Livius lib. 1: Ob residuas bellorum iras maximè sollicitus ad defectionem animis voluntarios fuisse. Cicero 4. Tuscul. Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt temperantiam, quæ est à tota mente, à recta ratione defectio. ¶ Aliquando dicitur diminutio & defectus, ἔκλειψις. Idem in Catone: Quoniam delectabatur ad defectiones Solis & Lunæ, multò nobis antè prædicere. ¶ Sunt & defectiones in corpore humano, quales mulieribus à conceptu accidere solent. [הָמַס הַלֵּב hamas halleb, λειποψυχία. Gall. Debilité, defaillances de cœur. Ital. Debolezza. Germ. Onmacht. Hisp. Flaqueza. Pol. Mdłości. Vng. Erőtelenség. Ang. Infirmities, a fayling of hart or courage.] Plinius in Procem. lib. 23: Pampini sanguinem excreantibus, & mulieribus à conceptu defectione diluti potu prosunt. Quod Græci etiam malaciam, μαλακίαν, in prægnantibus vocare Plinius solet. Est enim malacia in stomacho debilitas. Et in mari malacia pro tranquillitate capitur.

Defectivus, a, um, Quod est mancum. [חָסֵר chasér, ἐλλιπής. Gall. Defaillant, manque. Ital. Manco. Germ. Das da manglet/ ein mangel oder brästen hat. Hisp. Cosa que suele ò puede faltar. Pol. Niepełny. Vng. Fogyatkozó, fonka. Ang. That lacketh, manck and imperfect.] Cicero 1. Offic. Etenim cognitio contemplatioq; naturæ manca: id est, defectiva quodam modo.

Defigo, is, act. t. penult. prod. defixi, Deorsum figo, impláto, immitto, colloco, pono. [מָחַק mahách הִתְקִיעַ tekáh טָבַע tabáh, καταπήγνυμι. Gal. Ficher, atacher à clouz ou autre chose. Ital. Impiantare, ficcare, piantare. Ger. Vndersich befftẽ/anheffen. Hisp. Hincar. Pol. Przybijam. Vng. Le verem, le verem, le gyakom, le fegezem. Ang. To stick in or fasten with nayles.] Colum. lib. 2: Tum in terram benè pastinatam & stercoratam rectum sarmentum defigito. Virgil. libro 2. Georg. Altiùs & penitus terræ defigitur arbos, Esculus in primis. Cæsar bell. Civil. 2: Asseres pedum duodecim cuspidibus præfixi, atque hi maximis balistis missi per quatuor ordines cratium in terra defigebantur. Defigere sicam in corpore, apud Ciceronem. Defigere cultrum in corde, & Defigere gladium jugulo, apud Livium. ¶ Ex hac verbi significatione elegantes simul ac variæ translationes existunt: ut quum aliquem dicimus pavore defixum esse, aut stupore mœstitiave. Habetq; singularem cum his nominibus Animus & Oculus elegantiã. Cic. 4. Acad. Adversantur enim primùm, quòd parum defigũt animos. Idem pro Domo sua: At quam sententiam dixi? primùm eam quam populi sermo in animis vestris jam antè defixerat. Lactantius lib. 2: Oculos suos ab alto dejiciũt, soloq; defigunt. Cicero Philip. 11: Quid cum non sorbere animo, quid non haurire cogitatione, cujus sanguinem non bibere censetis? in cujus possessiones atq; fortunas non impudentissimos oculos spe & mente defigere? Plin. lib. 8. cap. 16: Quum pro catulis fœta dimicat, oculorum aciem traditur defigere in terram, ne venabula expavescat. Cic. in Verrem, Act. 2: Vt non modò in auribus vestris, sed in oculis omnium sua furta atq; flagitia defixurus sim: hoc est, ita deprompturus & relaturus, ut non modò audiri, sed etiam fieri videantur: vel sic, ut non modò auditui & intellectui perspicua sint, sed etiam visui subjici videantur: id est, sub oculos poni. ¶ Aliquando pro ferio vel transfodio, καταπήγνυμι. Persius: Ore teris modico, pallentes radere mores Doctus, & ingenuo culpam defigere ludo.

Defixus, a, um, Infixus, hærens in aliquo. [Germ. Geheft. Pol. Wetkniony. Vng. Le gyakatot, belé fegezetett. Ang. Fastened, fixed or sticked in.] Cic. de Art. Vitia in aliquo penitus defixa atque hærentia.

Definio, is, act. q. Termino, finiendo certos rei de qua agitur terminos præscribo. [גָּבַל gabal גָּדַר ghadhár ὁρίζω, ἀφορίζω, διορίζω. Gall. Limiter & borner, determiner, assigner. Ital. Definire, terminare. Germ. Ernennen. Hisp. Determinar, definir. Pol. Opisuję, opisać. Vng. Meg határozom, meg magyarázom. Ang. To limite, to bounde, to appoynte the end of a thing.] Cic. de Somn. Scipion. Sic habeto omnibus qui patriam conservaverint, adjuverint, auxerint, certum esse in cœlo, ac definitum locum, ubi beati ævo sempiterno fruantur. Idem de Amic. Altera sententia est, quæ definit amicitiam paribus officiis ac voluntatibus. Sic Definire imperium, prædia, hortos: pro dimensa inter se dividere. ¶ Definire præterea est rei alicujus vim describere & explicare finitione, quæ constat genere, specie, differentibus, propriis, ut autor est Quintil. libro 7. cap. 4. & lib. 5. cap. 10. Cic. lib. 1. de Invent. Quum autem nominis cõtroversia est: quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiva nominatur.

Definitio, onis, f.t. [Ger. Ein kurtze beschreibung/ was ein ding eigentlich für sich selbs seye. Pol. Opisanie. Vng. Hatarozás, magyarázás. Ang. A definition.] secundum aliquos, est oratio demonstrans cujusmodi est illud de quo fit sermo. Vel sic: Definitio est oratio mentis contentum aperiens. Hanc alii sic definiunt: Definitio est, quæ compendiosa submonitione nos in rerum cognitionem vocibus subjecta adducit. Aut hoc modo: Definitio est oratio, id esse quod est monstrans. Aut, Definitio, est oratio, quæ declarationem & intelligentiam rei demonstrat, & elucidat. Definitio item est rei quasi in universum dictũ, nõ tamen universalis, in præpositione per singulas partes, sive in universum deductio. Definitio propriè dicitur quæ constat ex genere & differentiis. Vide Bartolum in l. j. ff. de testib. Multa autem sunt definitionum genera, quæ Boëtius breviter & eleganter lib. 2. Topic. Ciceron. exponit. Observandum autem, quod Finitio nominis, præcedit definitionem rei. Neq; enim probè definieris canem, nisi primùm constitueris, an de animali, sive terrestri, sive marino, an verò de cœlesti sydere loquaris. Glos. l. quoties de Verbor. obligat. Vt res exemplo pateat. Quæris, an Publiciana actio detur adversus eum qui pro hærede possidet? Ab initio perstringendum erit tibi, quid hac loquendi formula, pro hærede possidere, intelligi velis. Vide Ioannem Appell. præstanti doctrina virum in Meth. Dial. Rat. opusculo sanè aureo Iurisprudenti & studioso, nullo non tempore, donec ediscat, versando. Sed nec id prætereundum, quod Virgil. animadvertit, non vulgam modò, sed doctos plerosq; viros, non distinguere Diffinitionem à Definitione, sed Librariorum errore jam olim ista confusa esse Salomonis: Considera inquit, Diffinitionis esse, explicare quid est: Etymologiæ verò, rationem nominis explicare. Porrò veluti aliud est nomen, & aliud res ipsa quæ nominatur: sic alia cognitio nominis, & alia rei nominatæ. Hinc à nostris non reperitur passim ab Etymologia syllogismus, sed vix negativè: & tunc quum ab essentia traducitur rei quæ nominatur, ut juris vocabulum è justitiæ visceribus ductum. Definitio pro

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

tio pro regula accipitur interdum, ut in illa vulgata regula: Omnis Definitio in jure Civili periculosa est, quod vel titulus demonstrat. Neq; enim tam est difficile, rem aliquam in jure Civili exactè definire, quàm est rarum regulam ex legibus colligere, quod nulla in parte infirmari queat. Adde Vig. instit. de Testa. ord. & vide Budæū in Annot. Quanvis hoc ipsum quoque Accursius declaravit. Definitio est earum quæ sunt, ejusq; rei propriè, quam definire volumus, brevis & circumscripta quædam explicatio, in qua hæc præcipit ratio atq; doctrina, ut vis ejus rei, quam definias, sic exprimatur, ut neque absit quicquam, neq; supersit. Cicero de Finib. 2: Patefactio, quasi rerum opertarū, quum quid quidq; sit aperitur, definitio est. Cicero de Finib. 1: Definitio est oratio, quæ quid sit id, de quo agitur, ostendit quàm brevissimè. Cicero in oratore: Definitio est oratio, quæ id quod definitur explicat, quid sit. Definitionum duo sunt genera prima, unum earum rerum quæ sunt, alterum earum quæ intelliguntur. Esse ea dico, quæ cerni tangive possunt, ut fundum, ædes, parietem, &c. Quo ex genere quædam interdum nobis definienda sunt. Non esse rursus ea dico, quæ tangi demonstrative non possunt, cerni tamen animo, atq; intelligi possunt. Ut si usucapionem, si tutelam, si agnationem definias, quarū rerum nullum subest quasi corpus, est tamen quædam conformatio insignita, & impressa intelligentia, quam notionem voco: ea sæpè in argumentandi definitione explicanda sunt. Atq; etiam definitiones aliæ sunt partitionum, aliæ divisionum. Partitionū quum res quæ proposita est, quasi in membra discerpitur, &c. Divisionum autem definitio formas omnes complectitur, quæ sub eo genere sunt, quod definitur, &c. Dicendum qui sit definitionis modus. Sic igitur veteres præcipiunt, quum sumpseris ea quæ sunt ei rei, quam definire velis, cum aliis communia, usq; eò persequi, dum proprium efficiatur, quod nullam in aliam rem transferri possit, Cicero in Topicis. Et ibidem: Definitionis controversia est, quum in scripto verbum aliquod est positum, cujus de vi quæritur. Cicero de Invent. 2: Mala definitio: genus vitiosæ argumentationis. Mala definitio est, quum aut cōmunia describit, aut falsum quiddam dicit, aut aliquid nec grave, nec magnum continens. Cicero de Invent. 2: Definitio est oratio, explicans quid sit id de quo disputatur. Est enim quasi ... atq; complicatæ rei explicatio, velut quum dicimus: Homo est animal rationale & mortale. Quint. Finitio, est rei propositæ propria & dilucida, & breviter cōprehensa verbis enunciatio, alias descriptio dicitur, & fit multis modis.

Definitum est, pro eo quod dicimus Decrevi, vel constitui, [Vng. *El vegezgetébe, rendeltetét.*] Plautus in Cistel. Perge dicere. A. An'ne ut etiam quid consultura est sciam? M. Perge eloqui non remittam, definitum est.

Definītus, a, um, Certus, constitutus, attributus, assignatus. [גבל *nighbar.* ... Gall. *Defini, limité, borné.* Ital. *Limitato, terminato.* Germ. Eingezielet/bestimpt. Hisp. *Determinado.* Pol. *Naznaczony.* Vng. *Meg hatarosztatot, el rendeltetet.* Ang. *Limited, bounded.*] Cicero de Somn. Hic certus est in cœlo ac definitus locus.

Definitè, adverbium, Finitè, strictè. [... Gall. *Expressément, determinement, distinctement.* Ital. *Espressamente, con misura & limitatione.* Ger. Außtrucklich/heiter/gründtlich vnnd klarlich. Hisp. *Determinadamente, expressa y claramente.* Pol. *Znacznie, wyrzelnie.* Vng. *Bizonyossan, egy átaljában.* Ang. *Expresselie, namelie, precisilie.*] Cicero pro Corn. Balb. Lex id Gellia & Cornelia, quæ definitè potestatem Pompeio civitatem donādi dederat, sustulisset. Plin. in Paneg. Nec magis definitè, distincteq; designat, qui Trajanū, quàm qui optimū appellat.

Definitio, Vide DIFFINITIO

Definitīvus, a, um, [... Gall. *Definitif qui definit & limite.* Ital. *Definitivo, limitatore.* Germ. Das zu der einziehung / entscheidung oder bestimmung gehört. Hisp. *Desfinidador.* Pol. *Rzecz dowodu prawa lepaca.* Vng. *Meg hataroző.* Ang. *That limiteth and boundeth.*] Cic. 1. de Invent. Cum facti controversia est, quoniā conjecturis causa firmatur, constitutio conjecturalis appellatur: quum autem nominis: quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiva nominatur.

Defiocŭlus, m. f. Dicitur qui est captus uno oculo, quem luscum alio nomine vocitamus. [... Gall. *Borgne, qui n'a qu'un œil.* Ital. *Losco, senza un' occhio.* Germ. Einäugig. Hisp. *Tuerto de un ojo.* Pol. *Ocyka, jednooki.* Vng. *Kiltsal, fel szömöl (ába-gy) egy szömü.* Ang. *That lacketh one eye.*] Martial. lib. 12, de importunis basiatoribus: Hinc defioculus & inde lippus.

Desit, Deest, cum dativo construitur. [חסר *chaser.* ... Gall. *Il y a faute.* Ital. *Manca, non c'è.* Germ. Es manglet/es gebrist. Bel. Het gebreet. Hisp. *Fallesir.* Pol. *Niedostaie.* Vng. *El fogy bia vagyon.* Ang. *Thair is lacke, thair wanteth.*] Terentius in Eunuch. Nihil quum est, nihil desit tamen. Idem in Hecuba: Nihil apud me tibi desieri patiar, quin quod opus sit, benignè præbeatur. Virgil. Aeglog. 2: Lac mihi nō æstate novum non frigore defit. Unde Priscianus, Deficio loco passivi defio facit, & deinde defectus.

Deflăccare, act. p. Vetus ac prorsus obsoletū verbum est, quo antiquissimi usi sunt pro atterere: autor est Nonius. Nisi forte defloccare quis malit legere, & à flocco ejus originem trahere: ut Defloccare propriè sit, floccos consumere: quod fit quū vestes nimio usu atteruntur. Huic conjecturæ illud fidem potest astruere, quod apud Plautum in Epid. vocantur defloccati senes, qui decrepiti sunt, & ita attriti, ut vestis quæ floccos suos nimio usu amisit.

Deflagro, as, n. p. penultima producta, Comburor, igne consumor, conflagro, ardeo: [בער *bahar.* ... Gall. *Ardre & brusler, estre ars & bruslé.* Ital. *Ardere, abbrusciare fortemente.* Germ. Verbrennen/mit fewr verzehrt werden. Belg. Verbranden. Hisp. *Mucho arder.* Pol. *Zgorzwam, spalam sie.* Vng. *Meg egék.* Ang. *To be burned.*] & semper ablativum postulat. Cicero 4. Academ. Fore tamen aliquando ut omnis hic mundus ardore deflagret. Idem lib. 3. Offic. Ictu fulminis deflagravit. Et 2. de Natura deorum: Dianæ Ephesiæ templum deflagravisse. ¶ Significat & per translationem languescere, deferveſcere. [... Ang. *To waxe colde.*] Lucanus lib. 4. ... deflagrare minaces In cassum, & vetito passus languescere bello. Liv. 10. bel. Maced. Sed interdum spes animum subibat deflagrare iras vestras, purgari suspiciones posse.

Deflagratio, onis, f. t. Cōbustio, exustio, flama, ardor. [תבערה *tabberah.* ... Gall. *Bruslement, embrasement.* Ital. *Esso ardere & abbrusciare.* Germ. Brunst. Hisp. *Aquel arder.* Pol. *Zgo... zgorzenie.* Vng. *Meg égés.* Ang. *A burning.*] Cicer. 3. de Finib. Quoniamq; illa vox inhumana & scelerata ducitur eorū, qui negant se recusare quominus ipsis mortuis terrarum omnium deflagratio consequatur.

Deflecto, is, act. t. torqueo, curvo. [כפף *chaphaph* נטה *hinnah* כפה *natah* ... Gall. *Destourner, tourner arriere, flechir & plier.* Ital. *Torcere, piegare.* Ger. Biegen. Belg. Afkeeren. Hisp. *Doblegar.* Pol. *Nachilam.* Vng. *Meg hayzom, hergesztem.* Ang. *To crooke, to avoyde and turne away.*] Colum. lib. 5: Quum jam satis amplum incrementum susceperit, ramum qui videtur nitidissimus deflecte, & ad crus arboris fissuræ religa. Cic. lib. 3. Offic. pro declino per translationem posuit: Hoc autem de quo nunc agimus, id ipsum est quod utile, in quo verbo lapsa consuetudo de via deflexit. ¶ Deflectere pro divertere apud Suet. in Augusto cap. 93: At contrà non modò in peragranda Aegypto, paulò deflectere ad visendum Apin supersedit, &c.

Deflexus, a, um, participium. [כפוף *chaphuph* נטוה *nahuh* ... Gall. *Flechi & plié, destourné.* Ital. *Piegato.* Germ. Abgebogen. Hisp. *Doblegado.* Pol. *Nachilony, ...* Vng. *Meg hayzatot, hergesztetet.* Ang. *Bowed, turned away.*] Plin. lib. 17. cap. 23: Altera deflexa vite, vel palmite juxta suam arborem. Amnes in alium cursum contorti & deflexi, Cic. 1. de Divinatione.

Deflexus, us, nomen, Curvatio, inflexio. [אכף *ekeph.* ... Gall. *Pliement, flechissement.* Ital. *Piegamento.* Ger. Biegung. Hisp. *Doblegadura.* Pol. *Nachil'nosc.* Vng. *Meg hayzas, hergesztés.* Ang. *A bowing or crooking.*] Colum. Ne deflexu frangatur.

Defleo, es, ere, n. f. Deploro. [בכה *bachah* ספד *saphad* ... Gall. *Plaindre quelque chose en plourant, regretter.* Ital. *Piangere.* Germ. Beweinen. Hisp. *Mucho llorar.* Pol. *Opl akuie.* Vng. *Meg siratom.* Ang. *To weepe, to waile for any thing.*] Plautus Capt. egone nō defleam Talem adolescentem? Cicero ... Asinius Pollio lib. 10: Itaq; illud initium civilis belli deflevi. Cic. 13. Philip. Sed hæc satis diu multumq; defleta sunt.

Deflo, as, are, act. p. Flo, vel flando depello. [השיב *heshib* ... Gall. *Souffler.* Ital. *Soffiare.* Germ. Hinab blasen. Hisp. *Soplar.* Pol. *Odmuchie.* Vng. *El fuuom, le fuuom.* Ang. *To blowe, or blowe away.*] Plinius libro 28. cap. 2: Cibus etiam è manu prolapsus reddebatur, utiq; per mensas, vetabantq; munditiarum causa deflare.

Deflōccare, atterere est, tractum à floccis. [Pol. *Zniszczony chrzypta.* Vng. *El törödni, el avulni.*] Plaut. in Casina: Perii, defloccabit jam illic homo lumbos meos. Ita enim legendum, non ut est apud Noniū flocco habebit. Nōnulli legūt Deflaccare.

Defloccāti senes, Qui florem viriū deposuere, quasi attriti. [... Ger. Die jhr sterck vnd krafft verloren haben. Vng. *El tsebedöt vén emberek.*] Metaphora tracta videtur à vestibus, quæ multo usu floccos suos amittunt. Plaut. in Epid. Ni per urbem adeò defloccati senes Quæritant me.

Deflorāre, idem est quod conspurcare, contaminare, vitiare, quasi floribus & ornatu spoliare. [טמא *timme* ... Gall. *Deflorer, oster la fleur, souiller.* Ital. *Sporchiare, macchiare.* Germ. Die ersten blumen abbrechen / verwüsten/ geschenden. Hisp. *Quitar la flor de lo florido ensuziar.* Pol. *Pierszy kwiat odeymuię, ... szpecę, szamocę.* Vng. *Virágátúl, sepiégétűl, meg fosztani.* Ang. *To defile, to deflore, to tak away the floure.*] Livius libro septimo bell. Mace-

bell. Macedon. Erant qui fama id majus bellum, quàm difficultate rei, fuisse interpretantur: uno memorabili prælio fuisse debellatum, gloriamq; ejus victoriæ defloratam ad Thermopylas esse.

Defloreō, sive Deflorescere, Flaccescere, flores venustatemq; amittere. [נבל nabal. ἀνωθῶ, ἀπανθίζομαι. Gall. Se deflourer, perdre sa fleur. Ital. Sfiorire. Ger. Verblüen. Bel. Verbloyen. Hisp. Desmedrarse. Pol. Okwiat. Vng. Swepeiegit es ekessigis elhagyni. Ang. To lose flowre or beautie, to decaye, to fadde awaye.] Plin. lib. 17: Pessimum inter omnia, quum deflorescentes vitem, & oleam pertulit imber: quòniam simul defluit fructus. ¶ Autor ad Herennium per translationem pro eo posuit quod dicimus, Vigorem amittere. ἀνωμαλίζει. Formæ (inquit) dignitas, aut morbo deflorescit, aut vetustate extinguitur. ¶ Deflorescere apud Col. lib. 2. cap. 12. accipitur pro flores producere, ac deinde amissis floribus fructum producere. [ἐξανθῶ, ἐκανθῶν. Ang. To bringe out pu ous flowres.] Quum (inquit) totam spicam edit, octo diebus deflorescit, ac deinde grandescit diebus quadraginta. Vbi deflorescere non simpliciter accipitur pro flores acquirere, ut quidam interpretantur, sed potiùs flores acquisitos amittere: ut hic sit sensus: Postquam frumentum obduxerit spicam statim flores acquirit, & eosdem intra octo dies amittit. Sic efflorescere, est valde floridum fieri. Cicer. in Læl. Quorum efflorescit amicitia, eorū si tu minus eā secutus sis.

Defluō, n. t. Deorsum fluere, labi, delabi, influere, propriè de liquoribus, & translatè de aliis quoq; dicitur. [נגר negar. κατιέναι. Gall. Decouler, se derouler. Ital. Scorrere à basso. Ger. Herab fliessen. Belg. Afvloyen. Hisp. Correr la liqueur de arriba abajo. Pol. Zepsuc, ostyc. Vng. Lefolyni, le hullani. Ang. To flow downward, to flowe awaye, to come to nothing.] Plin. lib. 6. cap. 7: Defluum Rhenum Moganus. ¶ Per translationem significat decurrere, delabi. Cicero Læl. ad leves amicitias defluxit ætas. Salust. in Iugurth. Vbi per socordiam vires, tempus, ætas, ingenia defluxere: hoc est, quasi cecidere, & periere. Lucan. libro 3. pro in nihilum redigere posuit: Navis sine gubernatore ut pelagi fluctibus & corpus relictum ab anima, defluit. ¶ Quandoq; defluere est secundo amne fluere: id est, deorsum & versus locum inferiorem fluere. Sunt enim fluminum alvei, quò mari propinquiora, eò devexiora. Virgil. libro 3. Georg. Adeò; antes in gurgite villis Mersatur, missusq; secundo, defluit amni. ¶ Defluere etiam dicitur quod ætate morbove solvitur, λυμαίνεται. Vnde Defluere capillus dicitur.

Defluō, & Defluvium, [κάθοδος. Gall. Decoulement, descente. Ital. Scolamento, scolamento. Germ. Der fluss oder das fliessen nederwärts. Hisp. La avida. Pol. Zyek, abl asi i. Vng. Lefolyo, le hullo. Ang. A flowing downward or away.] Capillorum fluxus. [ἀλωπεκία. Gall. Chute de cheveux. Ital. Cadimento de capelli. Hisp. La caida de los cabellos.] Sed defluvia comarum facere dicitur. Idem: Hippocrates capillos mulierum defluos sanari raphanis jubet.

Defluō, ui, idem quod defluvium. κατάπλασις.

Defōdio, is, penult. cor. act. t. Sepelio, obruo. [חפר chaphár חרב charab. κατορύττειν. Gall. Enfouir, enterrer. Ital. Sepelire. Ger. Vergraben/eingraben. Belg. Begraven. Hisp. Enterrar alguna cosa fa tierra. Pol. Wyrnie jadyc, wyrzybam. Vng. Lemasa, elemasba. Ang. To diche or digge down into.] Liv. Fuerātq; defossi amnes quindecim supra quingentos, loquitur de ibus Nam. Plaut. in Prol. Aulul. Domi suæ defossam multis cum opibus aulam invenit. Colum. lib. 8. pro fodiendo plantare & inserere posuit, quum dixit: Confestim scrobem defodiamus in hunc modum stabuli, & vivam pecudem, quæ sit pullulosa, resquamis obruamus. ¶ Defodere item est infiā, sive deorsum fodere. κατορύττειν. Idem lib. 2. Palmatur terreni jugerum, ita ut solum in altitudinem trium pedum defodiatur.

Defossus, a, um, particip. [ככרה kichreh. κατορυχθείς. Gall. Enfoui, enterré. Ital. Sepolto. Ger. Vergraben/eingegrabē. Hisp. Enterrado, sepulto. Pol. Wyrzebiony wyschpany dozemie. Vng. Le ásatott emberek. Ang. Digged or digged down.] Cic. 2. de Orat. Antrum multitudinem defossam. Plin. lib. 30. cap. 3: Talpæ cæcitatis perpetua tenebris etiāmnum altis defossæ.

Defossio, ōnis, m. g. [מחצבה machtzebah. ὀρυχεία. Gall. Enfossement, excavation. Ital. Sotterramento. Ger. Vergrabung/eingrabung. Hisp. Enterramiento, sepultura. Pol. Wyrzybienie. Vng. Le ásás. Ang. A digging or digging down into or along.] Plin. lib. 36. Area in defossa cavata.

Defossus, si Latinum sit, idem erit quod effœtus: hoc est, fœtus per senectutem indoneus. [Pol. Wiredzyny. Vng. Nem szülő asszony. Which is past bringing forthe any more.] Quod tamen haud scio an apud classicos scriptores reperiatur. Nam quod ad illud testimonium attinet, quod ex libro Ovidii adduci solet: Sit quoq;, quod ratū est, solito defœta favore Fortunæ facies invidiosa tuæ: in castigationibus exemplaribus defecta legitur, non defœta. Similiter apud Columellam in præfatione libri primi defectissimum legi debet, non defœtissimum.

Defomicatum, n. f. lignum dixerunt antiqui, quod à fomitibus quibus confoveri soleret, erat succisum. Festus.

Dēfōrē, penult. corr. compositū à fore, idem significans quod defuturum esse. [ἐκλείψειν. Vng. Nem lesendő.] Cicer. de Lege Agrar. contra Rullum: Verùm arbitrantur non defore qui illam restituerent.

Dēfōrmo, as, act. p. Fœdo, turpo, maculo. [παραμορφόω, ἀμαυρόω. Gall. Defigurer. Ital. Far brutto, deformare. Ger. Vngestalt machen. Belg. Lecoyd maken. Hisp. Desfigurar e afear. Pol. Szpaceć/szpeciem. Vng. Megrutitom, elfuszitom. Ang. To defigure, to disfle, to deface.] Lactan. de Opif. Dei: Quàm mirabili, quàm divina ratione moliti est, ut tamen hiatus ipse nasi, oris speciem nō deformaret. Autor ad Heren. lib. 1: Qui sunt qui Italiam deformaverunt? Cic. de Aruisp. resp. In qua Pompeium ornat, an potiùs deformat? ¶ Item, Deformare est figurare, delineare, & nova forma informare. [מלא milé. Gall. Mettre forme, former. Ital. Formare, linearе, disfigurare. Ger. Etwas mit seiner Matter oder eyn ansehen entwerffen. Hisp. Trocar, figurar.] Vitruv. lib. 6. Tragicæ scenæ deformantur columnis, signis, & regalibus rebus. Idem: Architectus graphidis peritus, ut deformare possit lineis imaginationem, quam velit, ædificiorum.

Dēfōrmātus, a, um. fœdatus, cùm aliàs deformare sit formare. [Pol. Poszpeczony. Vng. Megrutitatot.] Sueton. in Caligula cap. 27: Multos honestis ordinis deformatos primus stigmatum notis, ad metalla & munitiones viarum, aut ad bestias condemnavit.

Dēfōrmātio, ōnis, verbale, f. t. Fœditas, macula. [מום מרע mum rah. ἀμαυρότης, ἀμαυρωμός, ἀμορφία. Gall. Defigurement. Ital. Deformare, vituperio, figuramento. Germ. Vngestaltung/ein gebrung/entmerkung. Hisp. Aquella fealdad à deformidad. Pol. Szpaceć, szpaceć. Vng. Megrutitás, elfuszitás. Ang. A disfiguring, defacing or deforming.] Liv. 9. ab Vrbe: Vt suæ quisq; conditionis oblitus, ab illa deformatione tantæ majestatis, velut à nefando spectaculo averterent oculos.

Dēfōrmis, & hoc deforme, om. t. Turpis, fœdus: cui cōtrarium, formosus. [רע rah. αἰσχρός. Gall. Difforme, defigure, laid. Ital. Difforme, sozzo, brutto. Ger. Vngestaltet/vngeschaffen/wüst/häßlich. Hisp. Cosa fea à desfigurada. Pol. Szpaney, szkaradny. Vng. Rút, elfuszitány. Ang. Deformed, foule.] Plin. in Epist. Placuit locus in quo fuit aliquando domus (ut audio) pulchra, nunc deformis ruinis. Cic. pro Cælio: Id nunquam tam accidè ferret M. Cælius, ut eum pœniteat non deformem esse nātum. Liv. 1. ab Vrbe: Quòd vix Albanorum oculi tam deforme spectaculum ferre possent. Cicero Marcello libro 4: Nec eam diligere minus debes quòd deformior est. Deformius nihil est ardelione sene.

Dēfōrmitās, atis, f. t. Turpitudo, pravitas, quod & de corpore & animo dicitur. [מום רע mum rah. ἀμορφία, αἰσχρότης. Gall. Difformité, laideur. Ital. Bruttezza, deformità. Ger. Vngestaltnis. Bel. Lecydheit. Hisp. Fealdad à deformidad. Pol. Szpaceć. Vng. Rútság, elfuszitság. Ang. Deformitie foulnesse.] Cicer. 1. de Legib. Deformitas animi, & corporis pravitas. Idem in Offic. Nullum est majus malum turpitudineque si in deformitate corporis aliquid habeat offensionis, quàta illa depravatio & fœditas turpificati animi debet videri?

Dēfōrmiter, adverbium. [αἰσχρῶς. Gal. Difformement, laidement. Ital. Bruttamente. Ger. Vngestaltlich/häßlich. Hisp. Fea à deformamente. Pol. Szpaceć. Vng. Rútul elfuszitván. Ang. Foulie, without forme.] Quintilianus libro 8. capite 3: Iunctura deformiter sonat.

Dēfrænātus, a, um, idem quod effrænatus: hoc est, indomitus, qui sine fræno. [ἀχαλίνωτος. Gall. Desbridé, effrené. Ital. Sfrenato. Ger. Vngezaumt. Hisp. Desenfrenado. Pol. Wyzdawy. Vng. Vád, szabatlan. Ang. Disbridled, vnbanded.] Ovid. 1. Metamorph. Et defrænato volvuntur in æquora cursu.

Dēfrāudārē, act. p. vel per syncopen Defraudare, est per fraudem cuiquam aliquid intercipere, vel circumvenire aliquem. [עשק basheq. παρακρούειν, ἀπατεῶν. Gall. Defrauder, tromper, priver vn autre de ce qui luy appartient. Ital. Defraudare, ingannare. Ger. Einen mit betrug berauben. Bel. Bedrecgen/beroven. Hisp. Engañar. Pol. Oszukać, zdradzić, podesdić. Vng. Megtsalni. Ang. To deceive, to beguile.] Plaut. Afin. Nunc verba in pauca conferam quid te velim, Virginis jam usus est filio argenti minis, Face id ut paratum jam sit. I. Vnde genium? D. Ne defraudato. I. Maximas nugas agis: Nudo detrahere vestimenta me jubes, Defraudem te ego? agedum, tu sine pennis vola. Tene ego defraudē, cui ipsi nihil est in manu! Nisi quid tu porrò uxorē defraudaveris. ¶ Defraudare genium, est interrumpere voluptatē, & naturæ quod appetit negare. Terent. in Phorm. Quòd ille unciatim vix de demenso suo, Suum defraudans genium, comparsit miser. Contrà, indulgere genio, est voluptati operam dare, & quocunq; nos naturæ appetitus trahat, subsequi. Quæ loquendi formulæ inde tractæ sunt, quòd antiqui Geniū vocabant naturæ deū, hospitalitatis præsidē. Vnde etiā Homo genialis,

nialis, dicitur liberalis & hoſpitalis, & ſplendido apparatui aſſuetus.

Dēfraudatōr, verb.m.t. Fraudator. [משׁוק haſchôk. ἀποστερητής. Gal. Fraudeur, endommageur, choiſeur. Ital. Fraudatore. Germ. Ein betrauber/betrieger. Hiſp. Amenguador, enganador. Pol. Zdraica, oſzuſt. Vng. Meg tſalo. Ang. He that deceiveth or beguileth.] Senec. de Benefic.li.4: Huic ingrato, qui beneficiorum defraudator eſt, non magis dabit beneficium quàm aptatori.

Dēfrīco, as, act. p. penul. corr. Frico. [חרך gharâch. ἀποτρίβειν. Gall. Deſfroter, frotter. Ital. Fregare. Germ. Abreiben. Hiſp. Fregar. Pol. Ocjeram. Vng. Meg vakarom. Ang. To rubbe hard or frette together.] Colum.lib.2: Totumq; eorum palatum ſale defricato. Autor ad Heren. Nam ut fortè hic in balneas venit, cœpit, poſtquam perfuſus eſt, defricari.

Dēfrĭcātē, adverbium, idem quod facetè & ſuaviter. Nævius in Tarentilla: Facetè & defricatè hoc induxit. Soſipater in ſuis Gram.lib.11.

Dēfrīgēſcĕrĕ, Frigeſcere. [ἀποψύχεσθαι. Gall. Devenir froid, ſe refroidir. Ital. Divenir freddo, raffreddarſi. Ger. Erkalten oder kalt werden. Hiſp. Enfriarſe. Pol. Oziebic. Vng. Meg hideg ul ni. Ang. To waxe cold.] Col.lib.12.cap.20: Iubebis rutabulo ligneo agitari quod decoxeris, eò uſq; dum defrigeſcit.

Dēfrigo, gis, xi, ἀποψύχειν. Vide in dictione DECOQVO.

Dēfringo, is, act. t. Frango, vel decerpo. [שׁבר ſcheb. ἀποθραύειν. Gall. Rompre ou arracher de quelque choſe. Ital. Rompere, frangere. Ger. Abbrechen. Belg. Afbreken. Hiſp. Quebrantar. Pol. Odlamuie. Vng. El tôrôm, le tôrôm. Ang. To break downe, to break of.] Col.lib.6: Plerunq; fit ut aut crure aut cornibus boum ramuli vitium defringantur. Virg.2. Georg. -aut ſummas defringe ex arbore plantas. Cic. pro Cecin. Qui prætereuntes ramum defringerent arboris.

Dēfrūgo, as, penult. prod. act. p. Omnem fructum exhaurio. [ἀποκαρπίζειν, ἐκκαρπίζειν. Gall. Tirer la graiſſe & ſubſtance de quelque choſe, la degraiſſer. Ital. Tor via tutti frutti, far ſterile la terra, cavarle il graſſo. Germ. Außnutzen/die beſte frucht und krafft herauß ziehen. Hiſp. Desfrutar, coger la fructa. Pol. Sok albo ſmak wyſſiek wicpikam, wicyiagam co lepſzego. Vng. Gyûmûltsét haſznát el veſzôm, el vonſzôm, gyûmûlcstelenné teszem. Ang. To drawe or ſucke the ſubſtance out of any thing.] Vt faciunt quædam legumina, quæ etiam Theophraſtus ἀποκαρπίζειν appellat. Agricola itaq; agrū defrugare dicitur, quum id genus ſeminis ſerit, vel quum nimia fœtura exinanit agros, vel per inſcitiam aut negligentiam perdit, laceſſitve fruges: ut quum vel feſtinata ſementis eſt vel ſerotina, præpropereq; aut præpoſterè quid agit. Plin.lib.18: Oraculum illud magnopere cuſtodiendum, Segetem ne defruges. Columella: Conſtat ſegetem nimia defrugatione exinaniri.

Dēfrŭtum, n.f. à defervendo (ut inquit Palladius) vinum decoctum, Plinio autore, uſq; ad mediam partem. [ἕψημα, ἑψητός, σιραῖον. Gall. Vin cuit iuſques à la conſumption de la tierce partie. Ital. Vin cotto. Germ. Geſottner Wein. Belg. Ghesoden Wyn. Hiſp. Vino cozido haſta la tertia parte. Pol. Przewarzone winno. Vng. Fôzôtt el apat bor, tſerſia. Ang. Wine whereof the third parte is ſodden in.] Sapa verò à ſapiditate, muſtum eſt ad tertiam partem decoctum. At Columella aliter: Muſtum, inquit, quàm dulciſſimum, decoquitur ad tertias: & decoctum, ſicut ſuprà dixi, defrutum vocatur. Sic Nonius: Sapa, quod nūc mellacium dicimus, muſtum ad mediam partem decoctum: defrutum, ſi ex duabus partibus ad tertiam redigatur deferveſaciendo.

Dēfrŭtārĕ, act. p. Muſtum decoquere, ut inde defrutum fiat. [ἑψεῖν. Gall. Faire du vin cuit. Ital. Far vin cotto. Germ. Geſotnen Wein machen. Hiſp. Hazer vin cozido. Pol. Winno przewarzic. Vng. Bort fôzôl el apaſztani. Ang. To mak ſodden wine.] Col. lib.2. Sed defrutum quoq; facere & defrutare vinum licet.

Dēfrŭtārĭus, a, um, Quod ad defrutum pertinet. [ἑψηματικός. Gal. Servant à faire du vin cuit. Ital. Pertinente à vino cotto. Ger. Das zu dem geſotnen Wein gehört. Hiſp. Coſa pertenſciente para hazer vino cozido. Pol. Do przewarzenia przynalezacy. Vng. Fôzôt borhoz valo. Ang. Belonging to mak ſodden wine.] ut Vaſa defrutaria apud Colum.lib.12. cap.9, dicuntur, quæ ad defrutum idonea ſunt. Sic Cella defrutaria, apud eundem lib.1. cap.6: Pars autem fructuaria dividitur in cellam oleariam, torculariam, cellam vinariam, defrutariam.

Dēfŭgĕrĕ, act. t. Recuſare, refugere. [מאן meên. ἀποφεύγειν, ἀναδύεσθαι. Gall. Eviter, s'enfuir, eſchaper. Ital. Recuſare. Ger. Fliehen/meiden. Belg. Schouwen/myden. Hiſp. Mucho huyr, rehuſar. Pol. Strzec ſie, warowac ſie. Vng. El ſzaok tole, el távozatom. Ang. To flee back, to eſchue, to avoyde.] Cæſar 6. bell. Gall. Aditum eorū ſermonemq; defugiunt, nequid ex contagione incommodi accipiant. Cic. pro Sylla: Itaq; attende jam Torquate, quàm ego defugiam autoritatem Conſulatus mei. Lactant. libro 5: Non defugi hunc laborem, ut implerem materiam, quam Cyprianus non eſt exequutus.

Dēfundo, act. t. Effundo, & interdū idem quod Fundo. [שׁפך ſchaphách. ἀποχεῖν. Gall. Eſpandre dedans, mettre quelque liqueur dedans. Ital. Verſare. Germ. Abſchütten/abgieſſen. Belg. Afgieten. Hiſp. Derramar coſa liquida. Pol. Wolewam. Vng. Ki tôltôm, le tôltôm. Ang. To powre out any licour.] Cato de Re ruſt. Aquam defundito non omnem, eò addito oleum. Columella: Poſtea quum refrixerit, in vaſa defundas, & operias.

Dēfungōr, defungeris, defunctus ſum, defungi, Exanclo, fungor, perfungor. [כלה nicſchal. ἀπαλλάττεσθαι, ἀπηλλάχθαι. Gall. Eſtre delivré, on ſe delivrer & eſchapper de quelque choſe, en ſortir hors. Ital. Eſſer liberato, campare da qualche pericolo & eſſerne fuori. Germ. Außrichten/einer müh oder arbeit ledig werden. Hiſp. Acabar de hazer. Pol. Praca odprawiam. Vng. Le teſzem, tiſztemet elhagyom, végét vetém. Ang. To be ridde, delivered and no more charged of a thing.] Explicari negotio aliquo aut moleſtia, & ei finem imponere. Cic. pro Seſtio: Vt omni populari concitatione defungerer. Cælius ad Cicer. libro 8: Et hoc mendacio, ſi qua pericula tibi impēderent, ut defungeremur optavi. Id eſt, liberaremur.

Dēfunctŭs, a, um, partic. [כלה nicſchál. ἀπαλλαγείς, ἀπηλλαγμένος, ἀφειμένος. Vng. Valamit tol meg menekedut.] Virg.6. Aeneid. O tandem magnis pelagi defuncte periclis. Defunctus fato, Liv. lib.9. bell. Maced. & 10. ab Vrbe. ¶ Defunctus vita, Virg.6. Aeneid. ¶ Defunctum etiam more Græcorum pro cadavere, intelligimus ſubſtantivè, Plin.lib.2.cap.68.

Dēfunctōrĭē, Languidè & remiſſè. [ἀφοσιούμενος. Gall. Par maniere d'acquit, tellement quellement, laſchement. Ital. Con negligentia, timeſſamente. Ger. Hinläſſiglich/nur oben hin. Hiſp. Floxamente. Pol. Ledaiako. Vng. Laſſan, ſzorgalmatlanúl, aluſzékonyúl. Ang. Lightlie, without care or diligence.] Vlpian. lib.11, ad Senatuſconſultum Tertul. Non ſolùm autem, quæ non petit, coercetur, ſed etiam quæ defunctoriè petiit, ut privilegio muniti vel oneratum tribus tutelis.

Dēgĕnĕr, penultima correpta, om. t. Qui majorum ſuorū virtuti non reſpondet. [נכר nechar. סורר ſorér. ἀγεννής. Gall. Baſtard, forlignant, declinant de ſa race. Ital. Traligno, baſtardo. Germ. Der aus dem geſchlecht ſchlecht. Belg. Boeraechtich/onardich. Hiſp. Lo que no reſponde à ſu caſta y genero. Pol. Wirodek, przodkow nienaſladuiacy. Vng. Az ki attya termeſzetitúl távul eſet, el fajzot. Ang. That goeth out of his kind.] Virg.2. Aeneid. Degeneremq; Neoptolemum narrare memento. ¶ Ponitur quandoq; pro ignobili & vili, ἀδόκιμος, ἀγεννής. Virgil.4. Aeneid. Degeneres animos timor arguit. Plin.lib.11. cap.50: Canum degeneres ſub alvum reflectunt caudam. Eſt autem adjectivum generis omnis, præſertim in obliquis ſingularis numeri. Vnde etiam more aliorum adjectivorum tertiæ declinationis facit in ablativo degenere, vel degeneri. Lucan.lib.4: Si me degeneri ſtraviſſent fata ſub hoſte.

Dēgĕnĕrārĕ, n.p. A' genere decidere, deflectere, veteres majorum laudes obterere. [סורר ſorér. ἐξίστασθαι, ἐκπίπτειν τοῦ γένους. Gal. Forligner, s'abaſtardir, degenerer, ne ſuivre point ſa race. Ital. Degenerare, tralignare. Ger. Auß dem Geſchlecht ſchlahen. Belg. Ontaerden. Hiſp. No reſponder à ſu caſta y genero, desfaliſſer de la nobleza de ſus anteceſſores. Pol. Od cnoty ſwich przodkow wiſtepic. Vng. Elfajzani. Ang. To go out of kinde, not to follow the good conditions of his parentes.] Cicero de Provin. Conſ. Patrem dico, cujus utinam filii non degeneraſſent à gravitate paterna. Virg.lib.2. Georg. Pomaq; degenerant ſuccos oblita priores: id eſt, deteriores fiunt ſaporis. Propert. Dii mihi ſunt teſtes non degeneraſſe propinquis. Dicimus autem, Degenerare tàm à malo quàm à bono. Liv.lib.9: Ne degeneraveris à familia imperioſiſſima & ſuperbiſſima.

Dēgĕro, is, ere, act. t. Defero, gero. [φέρειν. Gall. Prendre d'un lieu & porter en l'autre, tranſporter. Ital. Portare. Germ. Tragen. Hiſp. Traer. Pol. Wezme ze mieſcam. Vng. Viſzem, herdom. Ang. To tak out of one place and bring to another.] Plaut. in Menæch. At ille mihi ſuppilat aurum, & pallas ex arcis: Modò me ſpoliat, mea ornamenta ad meretrices degerit: id eſt, defert. Quidā legunt, Apud meretrices: & degerit, pro abſumit, exponunt. Idem: Atque illud tuæ degeris amicæ.

Dēglăbrārĕ, Depilare & glabrum facere. [פצל piſſél. ἀποψιλοῦν. Gall. Oſter l'eſcorce, peler. Ital. Pelare. Ger. Ein Baum ſchelen vñ glatt macht. Hiſp. Deſcortezar. Pol. Obl'upuie, ogl'adzam. Vng. Meg kopaſzitani, ſimitani. Ang. To make balde, to plock away the heare.] Paulus in l. cædere. ff. Arbor. furtim cæſ. Cædere eſt non ſolùm ſuccidere, ſed etiam ferire cædendi causa: Cingere eſt deglabrare.

Dēglūbo, is, deglubi, deglubitum, ere, act. t. Corticem exime, ſiliquam aut folliculum excutio. [פצל piſſél. ἀποδέρειν, ἐκλέπειν. Gall. Eſcorcer, ou eſcoſſer, oſter la peau ou l'eſcorſe. Ital. Sglanare, ſcorticare. Ger. Entſchelen/auß den hülſen klauben. Bel. Schellen/ontbloten. Hiſp. Quitar el cuero à hollejo, deſcortezar. Pol. Wil'uszcie/ſkubuie. Vng. Meg nyuzom, hiabol és tokabol ky fejtem. Ang. To pill or pell, to pull of the ſkinne or bark, as of a tree.] Varro 1. de Re ruſtica, cap.48. Quod eo folliculo deglubitur granum. ¶ Ponitur etiam

etiam pro excoriare. Unde proverbiali sententia dici solet: Boni pastoris est tondere pecus, non deglubere, quasi pellem detrahere.

Deglutinare, act. p. Est dissolvere quod glutinatū erat. [ἀποκολλᾶν. Gall. Descoller, desglüer, desfaire d'ensemble. Ital. Dissoluere, disgiuntare. Ger. Etwas zusammen geleimbts von einander lösen. Hisp. Desempegar, desencolar. Pol. Rozklein. Vng. Föl olvasztani, föl fejteni, föl oldani. Ang. To dissolue that which was glued.] Plin. lib. 25. cap. 13: Purgat enim ulcera oculorum, explet q; & ad cicatricem perducit, palpebras deglutinat.

Deglutio, is, ivi, itum, ire, ex De & Glutio. [בלע bala בלע billah בלע bolah. καταπίνω, ἀποκαταπίνω, καταβροχθίζω. Gall. Avaller gloutement, deglutir, engloutir. Ital. Inghiottire, tranguggiare. Ger. Verschlinden. Hispan. Mucho tragar. Pol. Połykam. Vng. El nyelem. Ang. To swalow and deuour.] Verbum medicis familiare.

Dego, is, n. t. ex de & ago, abjecto a, præteritum facit degi, sine supino, Ago, vivo. [נהג nahágh. ἄγω. Gall. Mener à fin, conduire, passer. Ital. Condurre, menare. Germ. Vollstrecken/verschleissen/ hinbringen. Belg. Volmaeckten leven. Hispan. Gozar. Polon. Zice, mieszkam. Vng. Lakom, élek. Ang. To passe through, to liue, to bring to an end.] Et ferè habet post se accusativum tempus denotantem: ut Degere vitam, ætatem, annum, diem, horam. Cicer. de Senect. Degere omne tempus ætatis sine molestia. Idem 2. de Finibus: Degere omnem ætatem in tranquillitate. Virgil. 4. Æneid. Non licuit thalami expertem sine crimine vitam Degere more feræ. Terentius: Nam hunc diem miserè nimis cupio, ut cœpi, perpetuum in lætitia degere. Cicero pro Roscio Amer. Inter feras satius est ætatem degere, quàm in hac tanta immanitate versari. ¶ Ponitur interdū etiam absolutè sine aliquo accusativo. Lactant. lib. 5: Idcirco cū voluit sub aliena ditione atque imperio degere, ut ne rerum prosperitate corruptus, in luxuriam laberetur. ¶ Legitur & passivum Degitur, idque in tertiis tantùm personis. Cic. 1. de Natur. deor. Quæ vita deorum sit, quæq; ab iis degatur ætas. Lactant. lib. 4: Quò recte sua vita degatur, non est necesse omnes circuire. ¶ Accipitur item Degere pro Demere, detrahere. Plaut. in Aulul. Nunc ego illum fortem laborem degā & diminuam: id est, demam. Idem in Epid. Degitur corium de tergo meo.

Degrandinat, penultima correpta, Impersonale. [ἀποχαλαζᾶν. Gall. Il gresle fort. Ital. Tempesta fieramente. German. Es hagelt. Hispanice, Granizo mucho. Polonice, Grad pada. Vngar. Kö esik. Ang. It hayleth.] Ovid. 4. Fastor. Da veniam culpæ: nec, dum degrandinat, obsit.

Degrassor, degrassans, degrassatus sum, degrassari. [ἐγχειρεῖν, ληστεύειν. Gallice, Seruer dessus & piller, outrager. Italice, Assassinar alla strada, oltraggiare. Germanice, Berauben/ vächten/ schlagen/gewalt anthun. Hispanice. Mucho saltear. Polonice, Łupie pomdrożu. Vngar. Sufsül koborlok. Anglice, To robbe or spoyle the high wayes.] Stat. 1. Achilleid. -ubi tanta injuria primos Degrassata duces.

Degravo, as, are, act. p. Gravem, & ponderosum reddo, gravo, deprimo. [כבד chibbedh. βαρύνω, καταβαρέω. Gall. Appesantir, aggraver, charger. Italice, Aggrauare, premere. German. Beschweren/beschwen. Belg. Overladen. Hispan. Apesgar. Polon. Obciążam. Vngar. El nehezitem. Angl. To make heauie and of weight, to burden.] Livius 4. ab Urbe: Alios in aquam compulsos gurgites ferunt: etiam peritos nandi lassitudo & vulnera & pavor degravant. Labore operis degravari, apud Colum. lib. 6. cap. 2: Paulatim degravatum pondere suo præceps attrahetur, apud eundem lib. 1. cap. 5.

Degredior, eris, penult. corr. degressus sum, degredi. Deorsum gradior. [καταβαίνω. Gall. Descendre, se destourner vers en bas. Ital. Descendere o smontare. German. Hingehen/hinabgehen. Hisp. Descender abaxo. Polon. Odstępuie. Vngar. Alla megyök. Ang. To go or passe downe.] In specum degressus sacerdos hausta fontis arcani aqua. Tacitus lib. 2.

Degrummari, d. p. Ad grummæ mensurā dirigere. [εὐθύνειν ὁδὸν. Pol. Wyprawiam wiodem cyel. Vngar. Czirnára vetni, meg egyenesíteni.] Est autem Grumma, teste Nonio, mēsura quędam, qua flexæ viæ ad lineam diriguntur. Lucilius: Viamque degrummari uti, ut castris mensor fecit olim.

Degulo, as, penultima correpta, Gula absumo, abligurio. [בלע bilah בלע balah. καταλαφύσσω, καταβροχθίζω. Gall. Engloutir. Ital. Inghiottire. German. Verschlemmen/verprassen/durch die Gurgel jagen. Hispan. Tragar ò englotinar. Pol. Przez gardło przepijam, marnie tracie. Vn. Meg iszom, föl lakom, el tékozlom. Ang. To deuoure, to wast.] Plaut. Postquam degulato patrimonio pauper est factus.

Degulator, gulosus. [ἄσωτος. Polon. Zarłok. Vng. Tobzódó.] Apuleius in Apologia: Quæ tamen omnia in paucis annis ita hic degulator studiosè in ventrem condidit.

Degunere, Antiquum planè verbum, idem significans quod devorare, aut degustare. [Vng. El nyelni, meg kóstolni.] Legitur autem malè apud Festum degunere, ut rectè advertit

Scaliger in Varronem. Deducitur enim à Gumia, de qua voce infrà suo loco.

Degusto, act. p. Gusto, delibo, leviter attingo. [טעם tahám. γεύομαι, ἀπογεύομαι. Gall. Gouster de quelque chose, en taster. Ital. Gustare, assaggiare. German. Versuchen. Hispan. Gustar. Pol. Kosztuie. Vng. Meg kóstolom. Ang. To tast, to touche softlie with the lippes.] Plinius libr. 18. cap. 2: At ne degustabant quidem novas fruges aut vina. Cato capite 148: Vinum boni viri arbitratu degustato. Degustare pabulum, Varro 2. de Re rustica, capite 5. Quintilianus libr. 4. capite 1: Degustanda tamen hæc procœmio, non consummanda: id est, breviter indicanda. Cicero 5. Tusculanar. Visne igitur, inquit, ô Damocle, quoniam hæc te vita delectat, ipse eandem degustare, & fortunam experiri meam? Huc etiam referendum est illud Lucretii libro primo: Ignes degustant tigna celeri flamma: hoc est, leviter attingunt. ¶ Ponitur aliquando pro explorare. Cicero libro 4. Epistol. ad Attic. Velim Fabium, si quem habes aditum odorere & istum convivam degustes.

Degustatio, [ἀπόγευσις. Pol. Kosztowanie. Vngar. Meg kóstolás.] Ulpianus D. lib. 18. Tit. 6. l. 1: Periculum vini usque ad degustationem sustinere.

Dehaurio, is, ire, Idem quod simplex Haurio. [שאב schaab. ἀντλεῖν. Gall. Espuiser. Ital. Cauar fora. German. Erschöpffen. Hisp. Sacar fuera lo liquido. Pol. Czerpam. Vng. Meritek, ki meritem. Ang. To draw water or thinges liquide.] Cato cap. 66: Quum oleum sustuleris cortina, amurcam dehaurito.

Dehinc, Posthac, abhinc. [עתה hattah. τοὐντεῦθεν, ἀπὸ τούτου. Gall. Doresnavant, dorresenauant, par ci apres, ci apres, d'icy en auant. Ital. Dipoi, per lo innanzi. Ger. Furthin/dannethin/demnach. Belg. Hiernach. Hisp. Desde ò despues. Pol. Potim. Vng. Ez vtán, ezentúl fogva. Ang. Frome henceforth.] Terentius Andria: Dehinc ut quiescant porrò moneo. ¶ Item significat deinde, ut sit adverbium ordinis. ἔπειτα. Salustius: In primis arduum videtur res gestas scribere: primùm quòd facta dictis exæquanda sint: dehinc quia plerique delicta quæ tu reprehenderis, malevolentia atque invidia putant esse dicta.

Dehiscere, n. t. Aperiri, findi, rimas agere. [χάσκειν. Gall. Baailler, s'espanir, s'ouurir. Ital. Aprire forte, spalancare. German. Auffgenen/sich auffthun/zerspalten. Hisp. Henderse, ò abrir. Polon. Ziewam, rozpieram się. Vng. Meg hasadni. Ang. To gape.] Plinius lib. 8: Acus, sive belone, unus piscium dehiscente propter multitudinem utero, parit: hoc est, se aperiente.

Dehonestus, a, um, Non honestum. [ἀπρεπής. Vngar. Tisztességtelen.] Gell. lib. 19. cap. 16: Dehonestum, deculpatumque verbum.

Dehonesto, as, cui opponitur Honesto. [בזה nibbel חסד chissā. ἀτιμάζω. Gall. Villener, honnir, enlaidir. Ital. Dishonestare, dishonorare. Ger. Unehr anthun/entehren. Belg. Onteeren. Hisp. Deshonrar à deshonrar a otro. An. I ye vnmie pocywiecy. Vng. Meg szégyenitem, gyalázom, meg rutitom. Ang. To make vnhonest, to foyle.]

Dehonestamentum, n. f. Dicitur id quod gratiam & honestatē alicui rei adimit. [ערוה hervah. αἰσχύνη. Gall. Enlaidissement, deshonneur. Ital. Dishonesta guastamento. Germ. Unehr/schmach. Hisp. El denuesto. Pol. Zelzenie, sframocenie. Vn. Szémérém, szégyen, ékteleniség. Ang. A foyling or dishonestie.] Unde vultus dehonestamentum dicitur cicatrix, vultum hominis dedecorans: aut oculi effossio. Gell. libro 2: Quo dehonestamento corpori, maximè lætabatur. Pro contumelia usus est Tacit. lib. 12: Atque ille non propinquum, neque Arsacis de gente, sed alienigenam & Romanum increpans, auribus decisis vivere jubet, ostentui clementiæ suæ, & in nos dehonestamento.

Dehortor, aris, dissuadeo, deterreo, avoco. [ἀποτρέπω. Gall. Desenhorter, desconseiller, destourner. Ital. Sconfortare. Germanicé, Abmahnen/ widerraten. Hispan. Dissuadir alguna cosa con razones. Polonicé. Odradzam, odwodze. Vngar. Valamitöl el in töm, meg intöm rola, el tanatsolom. Angl. To call bak, to giue a contrarie counsayle, to dissuade.] Terent. Phorm. At hic dehortatus est me ne illam illi darem. Cicer. in Pison. Res ipsa, & Reipublicæ tempus, aut meipsum, quod nolim, aut alium quempiam aut invitabit, aut dehortabitur.

Dehortatio, f. t. [ἀποτροπή. Polon. Odradzanie. Vng. Valamitöl vala el intés, el tanátsólas.] Diomedes Gram. lib. 2: παραδιήγησις est enarratio exempli, vel rei præteritæ relatio: significans adhortationem dehortationémve.

Dejero, penultima correpta, n. t. Sanctè juro, jurejurando affirmo. [אלה alah. ἐπομνύω, διόμνυμι. Gallice, Iurer fort & ferme, faire grand serment. Italice, Giurare santamente. Germanicé, Thewr vnnd hoch schweren. Hispanice, Mucho y sanctamente jurar. Polon. Przysięgam. Vngar. Eskw'szöm. Ang. To sweare with a great othe.] Gell. lib. 1: Nam quū amicus eum rogaret ut pro re causaq; ejus falsum dejeraret, his ad eum verbis usus est. Terent. in Eunuch. Illum liquet mihi dejerare, his mensibus Sex, vel septem prorsum non vidisse proximis. Idem in Hecyr. Phidippe, Bacchis dejerat persanctè, &c.

Dēiūro, as, are, Dejero. [ἐπιορκῶ, ἐπιόρκησις. Vngar. Erdi eskuszöm.] Plautus in Castor. -per deos omnes, & deas dejuravit. Idem in Rudente: Dejura te mihi argentum daturum.

Dejūrium, n. f. Iusjurandum. [אלה alah, שבועה. Gall. Serement, sermont. Ital. Sacramento. Ger. Ein Schwur. Hisp. El grande y solemne juramento. Polon. Przysięga. Vn. Erdi eskuvés. Ang. An oathe.] Gell. lib. 7. cap. 18: Tum octo ex iis postliminium justum non esse sibi responderunt, quoniam dejurio vincti essent.

Dejūrus, penult. prod. Qui sancte & valde jurat. [שבועתי. Vn. Erdi eskuszö emberek.]

Dēiscio, is, penultima correpta, act. 1. Deorsum jacio, vel deorsum mitto. [הטיל hittil, השליך hishlik. Gallice, Jetter en bas, jetter par terre, ruer ius. Italice, Gittare abasso. Germ. Hetabwerffen, embwerffen. Belg. Neder werpen. Hispanice, Echar de arriba, derrocar è abaxar. Polon. Zrzucam, wtrącam. Vngar. Alá vetem, haytom, le haytom, le vetem. Anglice, To cast or throw downe.] Plautus in Asin. Iussin' columnis depici operas aranearum? Livius quarto ab Vrbe: Quem quum ictum equo dejecisset. Virgil. 8. Aeneid. -toto genitor quæ plurima cœlo Dejecit in terras. Livius lib. 1, pro jaciendo defigo posuit. Dum (inquit) intentas in eum rex totus adverteret, alter e aram securim in caput dejecit. ¶ Per translationem ponitur pro averto. Cicer. in Philipp. Nec verò usquam, nec à Republica oculos dejiciebam. ¶ Item pro depellere vel detrudere. Cicero, ut apud eundem 2. in Verrem: Pollicitus est quantum vellent pecuniæ, si me Aedilitate dejecissent. Idem pro Murena: Qui, Tubero Prætura dejectus est. Livius 3. ab Vrbe: Dejectisque honore duobus Quintiis. ¶ Dejicere de gradu id est, dignitate. Cicero Attic. libro 16: Ex quo mihi videtur ille dejectus de gradu. Dejicere de gradu, pro eo quod est de constantia deducere, & proposito in quo pedem fiximus. Cicer. 1. Offic. Fortis enim & constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu dejici, ut dicitur: sed præsenti animo uti, & consilio, nec à ratione discedere. Ad eundem modum dicimus, Dejicere de possessione, Dejicere de sententia, Dejicere de dignitate.

Dejectus, a, um, particip. [נטוש nattush, נפל nafal, מנוטה, נפלה, מנוטה מדרגה. Gallice, Abaissé, incliné. Italice, Abbassato, inclinato. German. Herabgeworffen. Hispan. Echado de arriba, inclinado. Pol. Zrzucony, wtrącony. Vngar. Alá vetetet, haytatot, le vetettet, haytatot. Ang. Castle or throwen downe.] Plinius libro 2. capite 9. de Lunæ natura: Aliàs contigua montibus, nunc in Aquilonem elata, nùc in Austros dejecta. Vi dejectus, Cic. pro Cecinn. Spe dejectus, Sil. lib. 10.

Dejectio, verbale, f. 1. Depulsio. [מנוה mappalah, מפלה, מפלה, מנוטה. Gall. Deboutement, abattement, abaissement. Ital. Abbatimento, abbassamento. Germ. Abwurff, das niderwerffen. Hispan. Obra de echar de arriba, abatimiento, abaxamiento. Pol. Zrzucenie. Vng. Alá vetés, le haytás. Ang. A casting downe.] Cic. pro Cecinn. Qui illam vim dejectionemque tuo rogatu, aut tuo nomine fecerit. ¶ Dejectio apud Celsum & Colum. pro subductione alvi ponitur. [הוצאה, הנקאה. Gall. Quand on va à la selle, purgation. Italice, Purgatione. Germanice, Der stuhlgang nach beschehener purgatien. Hispan. Purga. Polon. Przepuszczenie. Vng. Zék, vizöldés. Ang. A purgation by the stoole.] Celsus libro primo, capite 3: Dejectio quoque medicamento petenda est, ubi venter inappressus parum reddit. Et moliri dejectionem lib. 2. cap. 12.

Dejectiones, onum, f. 1. Syncera apud Hippocrat. vocatur impermixta aquosæ humiditati: quoniam solus humor evacuatus humore vacuatus dejicitur, sive biliosus, sive melancholicus, sive porri colorem præ se ferè, sive bilis, quæ sanguinosa appellatur. Gal. lib. 3. Aphorisf. 23. ¶ Dejectiones stellarum & altitudines, apud Iulium Firmicum lib. 1.

Dejectus, us, pro Dejectione. [מנוטה. Pol. Zrzucenie. Vngar. Alá vetés le haytás.] Liv. 9. ab Vrb. Quum ad alias angustias protinus pergerent, septas dejectu arborum, saxorum ingentium objacente mole invenêre.

Dēin. Per apocopen dictũ est à Deinde: [אחרי כן. Gall. Apres, en apres, par apres. Ital. Doppo, poscia. German. Darnach, darnachhin. Belg. Darna. Hispan. Dende è despues. Polon. Potem, potym. Vngar. Az után, mégis. Angl. Furthermore, moreover.] sicut Exin ab Exinde, Proin à Proinde, Subin pro Subinde. Significat autem dein idem quod deinde, sive postea & est poëtis familiarius quàm Oratoribus. Terent. And. Accepit conditionem, dein quæsitum occepit.

Dēinde, adverbium est, ordinem, sive tempus importans, idemque ferè significans quod postea. [אחרי כן. Gall. Apres, en apres, par apres. Ital. Doppo, poi, nel tempo à venire. Germanice, Demnach, darnach. Hisp. Dende è despues. Polon. Potem, potym, potym. Vngar. Az után, annak utánna. Ang. Further more, moreover.] Componitur ex De præpositione, & adverbio Inde: & habet accentum, teste Prisciano, in antepenultima, ne duæ videantur dictiones separatæ, quod etiam contingit in exinde, nimirum, aliquando, & similibus. Cicero ad Quintum Fratrem libro 2. Tu velim cures ut sciam quibus nos date operam oporteat eos, quos ad te deinde literas mittemus. ¶ In carmine ferè semper contractionem patitur, sicque dictio dissyllaba. Virgil. 3. Aeneid. Incipe Damœta, tu deinde sequère Menalca.

Dēinceps. Deinde, postea, posthac, continuò. [אחרתה מחרתה. Gall. Consequemment, par ordre, en suyvant, en apres, à ordre. Ital. Ordinatamente, per ordine, di poi. Germanice, Demnach, volgends. Belg. Voortaen. Hispanice, De aqui adelante. Polon. Zaś, podwogie. Vngar. Ennek vtánna. Ang. From hence forth.] Liv. libro 1. Ita duo deinceps reges alius alia via, ille bello, hic pace civitatem auxerunt. Cicer. Thesmo: Sed tamen tres fratres summo loco natos, promptos, nõ indisertos, quos video deinceps Tribunos plebis per triennium fore, tenuisse habeo satis. Columel. libro 6: Quod quomodo, & qualia generis faciendum sit, non pigebit deinceps præcipere et, per ordinem. Cicer. Attic. libr. 7: Velim deinceps meliora sint. ¶ Interdum pro præterea. Livius 1. ab Vrbe: Extemplò advocato concilio, scelera in se fratris, originem nepotum, ut geniti, ut educati, ut cogniti essent, ex dem deinceps tyranni, sequutus ejus autorem ostendit.

Deincipem, veteres dixerunt quemque captum, quemadmodum principem primum captum.

Dēinsuper, penultima correpta, significat desuper. [מלמעלה. Gall. De dessus. Ital. Di sopra. German. Von oben herab. Hisp. Desde arriba. Polon. Zwierchu. Vn. Felyül. Ang. From above.] Salust. libro 1. Histor. ut citatur à Nonio: Ad medium deinsuper astantium manibus in murum attollitur.

Dēintegro, penultima correpta, Denuò, à principio. [מחדש מחדש. Gall. De nouveau. Ital. Di nuouo. Germ. Von newem. Belg. Van nieuws aen. Hisp. De nuevo è de vamonte. Pol. Zowu. Vngar. Vyomban. Anglice, Of new, again.] Terent. in Andr. Posthac quas faciet deintegro comœdias. Deintegro incidere in morbum. Cic. ad Cornif. lib. 12. Gratulari alicui deintegro, Idem. Attic.

Dēintegro, as, are. [Pol. Psuie, skazam. Vng. Megtsonbitom.] Verbum significat imminuere, & ex integro, & non vitiatum reddere. Cæcilius: Nomen virginis nisi minus est, deintegravit.

Dejūgo, gas, pen. corr. act. p. Disjungo. [פרד. Gall. Desacupler, oster du iong. Ital. Disiungere. German. Abspannen, von einander jochen. Hisp. Desunir è apartar. Pol. Wyprzęgam. Vngar. Kifogom. Anglice, To vncouple, undoing the yoke.] Columellarium est Conjugo. Pacuvius Chryse, ut citat Nonius: Pecorum nostram egregiam unanimitatem, quam memoria tenemus.

Dējūngo, is, act. 1. Disjungo. [הטריש. Gall. Disoindre, desioupler. Ital. Disiungere, disunire. Germ. Von einander fügen oder zertheilen. Hisp. Desunir è apartar. Pol. Lacze, dzielę. Vngar. El választom, el választom. Ang. To vncouple, disseuer.] Plaut. Asin. Ne nos dejunge amares. Cic. de Vniuers. Ira necessitas cogit, ut eadem sint ea quæ dejuncta fuerunt.

Dejurium, n. f. Dejuro, Dejurus. Vide DEIERO.

Dejuvo, as, Antiqui dicebãt pro non juvare. Plaut. in Trinum. Defecere illum, & dejuvare in rebus adversis pudet.

Delābor, eris, delapsus sum, d. t. significat deorsum labor, decido, devenio. [נפל nafal, מעד maad. Gall. Glisser & tomber bas, cheoir. Ital. Scorrere abbasso, andare abbasso. Ger. Hinabfallen. Belg. Afvallen. Hisp. Desbarrar, caer abaxo. Polon. spadam. Vngar. Alá esem, alá esem, le esem. Ang. To slippe, slide or fall downe.] Virgil. in Sileno: Serta procul tantum delapsa jacebant. Livius: Cœlo repente delapsus, et cum præpotinone. Cicer. Offic. 1: Ira consilium, cui quasi nostra celeriter de manibus audacissimorum civium delapsa arma ipsa cecidernnt. Idem ad Quintum Fratrem: Nam Graeci quidem sic te ita viventem intuebantur, ut quendam ex antiquorum memoria, aut etiam è cœlo divinum hominem esse in provinciam delapsum putent. Idem Orat. lib. 3: Capitolio fastigium illud, & cæterarum ædium, non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. Nam quum esset habita ratio, quam ob rem ex utraque parte tecti aqua delaberetur, utilitatem temperatura fastigii dignitas consequuta est. ¶ Ponitur aliquando pro decido. Cicero de Orat. Insperanti mihi cecidit, ut in illum locum delaberer. Idem in Lal. Iam enim à sapientum familiaritatibus, ad vulgares amicitias oratio nostra delabitur. Idem Att. 7: Invaletudine tua moveor, & filiam in idem genus delapsam, curam tibi affere majorem scenio. Et de Orat. lib. 2: Sed nonnunquam in hoc vitium facile delabitur. Idem Treb. libr. 6: Nam & ipse, qui plurimum potest, quotidie magis delabi ad æquitatem videtur: id est, paulatim ad æquitatem propiùs accedere. Et Offic. lib. 2: Habenda autem est ratio rei familiaris, quam quidem delabi sinere, flagitiosum est: id est, consumi, ad nihilum redigi.

Delacēro, as, act. p. In partes lacero, concinio, consumo. [שרם שרם, קרע קרע. Gall.

Gall. *Mettre en pieces, deschirer.* Ital. *Lacerare, stracciare.* German. Zerreissen/verthun. Hisp. *Despedaçar en partes divisas.* Pol. *Rozdzieram, targam.* Vng. *El szaggatom.* Ang. *To teare and rent in pieces.*] Plaut. Capt. Qui me meamq; rem, quod in te uno fuit, tuis scelestis falsidicis fallaciis delaceravisti.

Delachrymare, Est lachrymas vel aquam more lachrymantis demittere. [דמע *damah.* ἀποδακρύειν. Gall. *Plourer, larmoyer.* Ital. *Lagrimare.* Germ. Zehernen. Hispan. *Derramar lagrimas.* Pol. *Opplakuie.* Vng. *Sirni, könyvezni.* Angl. *To weepe and lett teares fall.*] Columel. lib. 5, de vite loquens: Vt interdum potius devexa, quam in gemmine delachrymet.

Delachrymatio, onis, f.t. [דמע *demah.* ἀποδάκρυσις. Gall. *Pleurement.* Ital. *Esso lacrymare, lacrima.* German. Beweinung. Hispan. *Lloro.* Pol. *Opplakanie.* Vng. *Sirás, könyvezés.* Ang. *A weeping.*] Plin. lib. 17. cap. 11: Vis ejus collyriis oculorum aptissima, & delachrymationibus mordendo proficiens.

Delævo, as, act. p. compositum est à lævo, idem significans quod simplex. [החליק *hechelik.* λεαίνω. Gall. *Aplanir, unir, faire egal.* Ital. *Pianare, lisciare, far' equale.* German. Ebenen oder glatt machen. Hispan. *Alisar o acepillar.* Pol. *Gładzę.* Vngar. *Meg simitom, egyenlitem.* Ang. *To make plane and even, or smoth.*] Colum. de Arb. cap. 8: Plagam acutissimo ferro delævato.

Delambo, is, ere, Lambo. [לקק *lakak.* λείχω, λάπτω. Gall. *Lecher.* Ital. *Lamere.* Germ. Lecken. Hispan. *Lamber o lamer.* Pol. *Lize.* Vng. *El nyalom, meg nyalom.* Angl. *To licke, or lape.*] Stat. libr. 2. Theb. Molliaq; cicca delambit vellera lingua.

Delamentor, aris, Defleo. [ספד *saphadh.* ἀποδύρεσθαι, ὀλοφύρεσθαι. Gall. *Lamenter, pleurer.* Ital. *Lamentarsi, dolersi.* Germ. Schmertzlich weinen. Hispan. *Llorar con gritos y voces.* Pol. *Żałem opplakuie.* Vng. *El siratom, keservesen.* Ang. *To weepe or waile.*] Ovid. 11. Metamorph. & natam delamentatus adeptam.

Delanio, as, pen. cor. Discindo, & quasi lanam traho: [שרס *sheres* טרף *tarak* קרע *karah.* διασπαράττω. Gall. *Mettre en pieces, deschirer.* Ital. *Stracciare, sbranare.* Germ. Zerzerren/zerreissen. Hisp. *Despedaçar como hazemos la lana.* Pol. *Rozdzieram, targam.* Vngar. *El szakasztom el szaggatom.* Angl. *To cutt or teare in pieces.*] unde Lanius, qui pecus discindit. Festus.

Delapidare, Dicuntur lapide strata: [λιθόστρωτα. Pol. *Pobrukowane.* Vngar. *Kö pagimentom rakatot.*] cujusmodi est via Appia, quam à porta Capena Brundusium usq; quadratis saxis stravit Appius ille Cæcus. Ex Festo.

Delasso, as, act. p. Lasso. [הבריח *hibriach* הלאה *heleah.* κατακοπιάω. Gall. *Lasser.* Ital. *Stancare.* Ger. Müd machen. Hisp. *Fatigar o cansar a otro.* Pol. *Vmęczam.* Vng. *El fárasztom, el lankitom.* Ang. *To weare, to tire.*] Plautus in Asin. Eum etiam hominem in senatu dare operam, aut clientibus, ibi labore delassatum totam noctem stertere. Horat. 1. Serm. Satyr. 1: Cætera de genere hoc (adeò sunt multa) loquacem Delassare valent Fabium.

Delavo, as, delavi, delotum, delavare, Lavo. [רחץ *rachats.* ἀπολούω, ἀπονίζω. Gall. *Laver.* Ital. *Lavare.* German. Wäschen oder abwäschen. Hispan. *Lavar.* Polonice, *Obmywam.* Vng. *Lemosom, meg mosom.* Ang. *To wash.*] Plaut. Rud. Echo an te pœnitet, in mari quod delavi, ne hic in terra quoque eluam? Antiquum verbum.

Delcani, à Delcano amne dicti pisces, salsamētis idonei, quos alii Lepinos & Lebianos vocant.

Delecto, act. p. & Oblecto, Composita sunt à lacto, quod est frequentativum ab antiquo verbo lacio. Delectationem habeo, delectationem affero. [שעשע *schahaschah.* τέρπω. Gall. *Delecter, recreer, resiouir, donner plaisir.* Ital. *Dilettare, dar piacere.* Ger. Belustigen. Belg. Vermaken/verblijden. Hisp. *Deleytar.* Polon. *Kocham sie.* Vngar. *Gyönyörködtetem.* Ang. *To lead and allure, to delight.*] Delecto sæpius in tertia persona utuntur autores. Cic. Attico: Itaq; me & superiores literæ tuæ admodū delectaverūt, quibus expectatum meum adventum abs te amanter videbam. Quando autem cum infinitivo jungitur, ponitur impersonaliter. Alioqui verbum est activum, & habet passivum per omnes modos, tempora, & personas usitatissimum. Cicero Pæto: Plures etiam pavones confeci, quàm tu pullos columbinos. Tu te istic Atheriano jure delectato, ego me hic Hirciano. Oblecto verò plerunque in se significationem passivam habet, quamvis & activam, διαγωγήν. Et quanquam passivam habet, tamen regit accusativum non alterius personæ aut rei, quam ejus qui se oblectat. Et ultra accusativum ablativum postulat, ex quo passiva significatio monstratur. Et hoc tribus potissimum modis. ¶ Interdum enim hoc contingit nulla precedente præpositione. Terentius in Eunucho: Me speres, me te oblectes. ¶ Interdum præcedente præpositione cū. Idem: Tu cum illa te intùs oblecta interim. ¶ Aliquando etiam cum præpositione In. Idem: In eo me oblecto solùm: id est, mihi charum. Cicero in activa significatione sumpsit, quum in Catone ait: Quas si exequi nescirem, tamē me lectulus meus oblectaret, quod est, quasi delectaret. Et pro Archia: Adolescentiam agunt, senectutem oblectant, scilicet literæ. ¶ Est autem oblecto, sicut & delecto, compositum à verbo lacto, quod est frequentativum ab antiquo verbo lacio. Est autem lacto propriè dulcedine vel spe aliqua duco: & ferè semper in pejorem partem accipitur. Terentius: Solicitando, & pollicendo, corū animos lactas. ¶ Delectare, ἰφέλκειν, propriè significat attrahere, ducere. Ennius: Et me Apollo ipse delectat, adducit Delphicus. Quadrigarius, Fabius de nocte cœpit hostium sacra oppugnare, hostem delectare. ¶ Et quoniam quæ grata ac jucunda sunt, nos attrahere solent, factum est, ut Delectare sit gratum esse, ac jucunditate afficere. ¶ Passivum etiam ipsum Delector, habet post se ablativum, & hoc sine præpositione, vel mediante præpositione cum vel in. Casum autem peculiarem omnibus verbis passivis, qui est ablativus præcedente prepositione à. vel ab, nō admittit. Vnde etiā nōnulli deponēs esse crediderūt. Est aūt Delector, delectatione, vel jucunditate afficior. [χαίρω, εὐφραίνομαι, φιλεῖν. Gall. *Se donner plaisir, se resiouir.* Ital. *Dilettarsi.* Ger. Lust vnnd freud haben. Hisp. *Deleytarse.*] Colum. libr. 1: Iucundius utique viro, si etiam matrona comitatus: cujus ut sexus, ita animus est delicatior: amœnitate aliqua delectanda erit, quò patientiùs moretur cū viro. Quod in aliis etiam verbis fieri solet: ut, Desyderium tenet me: id est, teneor desyderio, sic Oblector, & hujusmodi, quæ significationem passivam innatam habent. Lactantius lib. 2: Auro & gemmis, & ebore delectantur. Idem: Oblectatur frivolis, & specie simulachrorum capitur. Cic. Cæl. In communibus miseriis hac tamen oblectabar specula.

Delectamentum, ti, n. f. Oblectatio, voluptas. [שעשעים *schahaschuhim* עדנה *hedhnah.* τέρψις, τερπνόν, τερπωλή. Gall. *Delectation & plaisir, deduit, passetemps.* Ital. *Diletto.* Ger. Belustigung Hisp. *El deleyte.* Polon. *Rozkochanie.* Vng. *Gyönyörüség.* Ang *Delight, pastime, solace.*] Cicero de Senect. Possem persequi permulta delectamenta rerum rusticarum: sed ea ipsa quæ dixi, sentio esse longiora. Idem in Pison. Inania sunt ista (mihi crede) delectamenta penè puerorum.

Delectabilis, [τερπνός. Pol. *Miły, smaczny.* Vng. *Gyönyörüséges, kedues.*] Cornel. Tacitus lib. 12: Infusum delectabili cibo boletorum venenum.

Delectabiliter, Adverb. [τερπνῶς. Pol. *Wdzięcznie.* Vng. *Gyönyörüségesen.*] Probus in Catholicis structuræ delectabiliter componendæ. Gell. libr. 3. cap. 23: Delectabiliter ac decorè multis variisq; verbis depicta est.

Delectatio, f. t. à delectando, Oblectatio, voluptas, jucunditas. [שעשעים *schahaschuhim* עדנה *hedhnah.* τέρψις. Gall. *Delectation, plaisir, soulas, deduit.* Ital. *Dilettatione.* German. Lust vnnd freud. Hispan. *Deleyte.* Polonice, *Kochanie, radość.* Vngar. *Gyönyörüség, gyönyörködés.* Ang. *A delighting or delight.*] Est jucunditas quam ex re aliqua percipimus: quam sic definit Cicero libro 4. Tusc. Delectatio est voluptas suavitate auditus animum deliniens, & qualis hæc est aurium, tales sunt oculorum, & tactuum & odorationum, & saporum: quæ sunt omnes unius generis ad perfundendum animum, tanquam illiquefactæ voluptates.

Delectatior, [Polonice, *Wdzięczniejszy.* Vngarice, *Gyönyörüségesebb.*] Comparativus sine positivo apud Gellium libr. 20. cap. ult. Aut sermo incorruptior, aut delectatior motio, aut in ludo liberalior.

Delectus. Vide DELIGO, deligis.

Delego, as, pen. prod. act. p. Deputo, præficio quempiam meo loco, officio, negotiove exequendo præficio. [הפקיד *hiphkidh.* ἐπιτρέπω. Gall. *Deleguer, envoyer & bailler charge, bailler commission, commettre.* Italice, *Deputare, assignare.* Germ. Befehlen einem etwas zu thun auffiegen. Belg. Bevelen. Hispan. *Embiar, mādar.* Pol. *Poruczam, zlecam.* Vng. *Reá bízom, tiszbe helyheztetem, vra valasztom.* Anglice, *To assigne to some office or charge, to send an ambassage, to attribute or impute.*] Columel. libr. 4: Imò quis non imprudentissimum quenque, etiam eum, qui nihil aliud operis facere valeat, huic negotio delegat? Cicer. Post delegatam mihi hanc provinciam: id est, post onus mihi impositū. ¶ Hinc Subdelegare dicimus, delegatas nobis à principe causas alteri cognoscēdas injungere. ¶ Delegare etiam significat Legatos mittere. ἀποστέλλειν. Liv. Decernūt ut duodecim delegarentur ad regem. Plaut. in Amph. Si quot fautores delegatos viderint. ¶ Et Delegata dixerunt diis consecrata, quæ nunc *dedicata* dicimus. ἀφιερωμένα. ¶ Delegare etiam frequens est, apud Iurisconsultos pro eo, quod mercatores vulgò vocant *Assignare*: hoc est, alium pro se debitorem dare, quo recepto à creditore, prior debitor liberatur. Iustinianus Cod. de Novationibus & delegat. Delegatio debiti, nisi consentiente & stipulanti promittente debitore, jure perfici non potest.

Delegatio, verbale, f. t. Mandatum, munus, provincia. [פקדה *pekuddah.* ἐπιτροπή, ἡ ἐντολή, ἡ ἀποστολή. Gall. *Charge & commission, assignation.* Ital. *Commissione, carico.* German. Ein befehl/auffiegung/ein gegebner gewalt Hisp. *Embaxada, la carga.* Pol. *Zlecenie, vrząd poruczony.* Vng. *Parantsolat, valakire bízás deleg.* Ang. *The assignation*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

assignation of an office or charge, commission.] Cicer. ad Att. lib. 13: Perdere malo delegationem in mancipes, annua die.

Delegātus, [Germ. Ein Nachgesetzter.] dicitur cui causa demittitur terminanda, vel exequenda, vices delegantis repræsentans, & in jurisdictione nihil proprium habens. ff de Offic. ejus cui man. est Jurisdict. l. j. Vide infrà Lege Index. ¶ Delegatus, quòd distet à vicario: hoc est, ut interpretes barbarè dicunt, à vice gerente, seu locum tenēte: Bartolus indicat in l. 2. & seq. C. de his qui vicem ger. alt.

Dēlēnio, is, ire, act. q compositum est à lenio, idem significans quod demulceo, vel lenem: hoc est, mansuetū reddo. [הִרְכִּין *hircbiz.* ... Gall. *Adoucir, appaiser, amadouer.* Italicè. *Ammolire, addolcire.* German. Besänfftigen/ begütigen. Hisp. *Halagar ò amansar.* Pol. *Vmiekczam, lagodzę.* Vng. *Le csen desitem, meg enyhitem.* Ang. *To mak meek, gentle and tame.*] Col. lib. 10. Sed tamen iracundia notæ melioris apum facilè delenitur, assiduo interventu eorū, qui curant alvearia. Plaut. Asin. Vah delenire apparas, mihi scio vicarium esse.

Dēlēnĭfĭcus, Blandiloquus. [... Polon. *Lagodnomowca.* Vngar. *Tsebigetsseg, hizelkedessel meg enyhitö.*] Plaut in Mil. Domi dolos, delenifica verba, domi fallacias.

Dēlĕo, les, delevi, deletum, ex de, & leo, act. f. (ut inquit Priscianus) Extinguo, induco, abstergeo, & aliquando everto, perdo, & destruo. [מָחָה *machah.* ... Gall. *Effacer, casser, rayer, annuller.* Ital. *Cancellare, cassare, annullare.* Ger. Durchthun/ außtilgen. Belg. Wtdoen/ wtwissen. Hisp. *Quitar ò raer.* Pol. *Wimazuiam, wimazac.* Vng. *El törlöm.* Angl. *To destroy, to scrape and put out, to deface.*] Cicero pro Cluent. Eadem hac Dinea testamentum faciente, quum tabulas prendisset Oppianicus, qui gener ejus fuisset, digito legata delevit: & quum id multis locis fecisset, post mortem ejus ne lituris coargui posset, testamentum in alias tabulas transcriptum signis adulterinis obsignavit. Cæsar 2. bell. Civil. Quin spe prædæ in urbem irrumperent, urbemq; delerēt. Cic. pro leg. Manil. Delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta. Terentius Eunuch. Delebo omnes dehinc ex animo mulieres.

Dēlētus, a, um, & Delitus, teste Diomede, Extinctus, inductus. [נִמְחָה *nimchah.* ... Gall. *Effacé, cassé, annullé.* Ital. *Cancellata, annullato.* Germ. Durchgethan/ außgetilget. Hisp. *Raido, quitado.* Pol. *Wimazany, wigladzony.* Vngar. *El törletett, (anazy) eltöröltetett.* Ang. *Destroyed, scraped or put out, or defaced.*] Varro: Delitæ literæ, quod tamen à delino esse potest. ¶ Quod à Deleo est, non delino, Diomedes Grammat. lib. 1. Deleor delitus & deletus. Cic. ad filium: Cæteris delitis Calvus ad uxorē 1. Epistol. Invita delita, *&c.*

Dēlētio, verbale, f. t. Extinctio, inductio. [מְחִי *tiach.* ... Gall. *Effacement, destruction.* Ital. *Disfacimento, distruttione.* Ger. Außtilgung. Hisp. *Raedura, ò quitamiento.* Pol. *Zmazanie.* Vngar. *El törtes, iktöles.* Ang. *A crossing or scraping out.*]

Dēlēbĭlĕ, Quod deleri potest. [... Gall. *Aisé à effacer, que facilement on efface.* Ital. *Che facilmente si cassa, & disfacia.* Germ. Das leichtlich mag außgetilget werdē. Hisp. *Cosa que se quita, ò puede facilmente quitar.* Pol. *Latwie do zmazania.* Vngar. *El törölhetö.* Ang. *That may be crossed and scraped out, or defaced.*] Martial. libro 7: Casibus hic nullis, nullis delebilis annis Vivet. Cujus contrarium est Indelebile, quod deleri non potest. ...

Dēlētĭlis, le, penultima correpta, Quod delet. [... Gall. *Propre pour effacer, dequoy on efface.* Ital. *Che disfacia, cassa ò distrugge.* Germ. Damit man außtilget oder durchthut. Hispan. *Cosa para quitar ò raer.* Polon. *Rzecz ta ktora zmazuiemy, zcieramy.* Vngar. *El törlö.* Ang. *That is meete and serveth to crosse out with.*] Varro: Si displicet tibi tam magnum, sumam spongiam deletilem. ¶ Interdum deletile, seu deletitium passivè sumitur pro eo, quod deletur, sive deleri solet: ut Charta seu tabula deletitia, qua abrasis vel inductis prioribus literis rescribitur, ...

Dēlētĭtius, adjectivum. [... Polon. *To czo mozebic zmazanego.* Vng. *El törlö, avagy törleste valo.*] Vlpianus in l. Chartæ. ff. de bon. possess. secundum tab. Chartæ appellatio & ad novam chartam refertur, & ad deletitiam. ...

Dēlētrix, verb. [מְחַלְלָה *mochalah.* ... Vng. *El törlö azszony.* An. *She that abolisheth or destroyeth.*] Quæ delet. Cic. de Arusp. respon. Tum est illa in templo Castoris scelerata & penè deletrix hujus imperii sica deprehensa.

Dēlētēria, n. f. medicamenta, ... à medicis appellantur noxia & mortifera, quæ scilicet quum à calore nostro vinci non queant, neque concoqui, alia celeriùs, alia tardiùs mortem inferunt. Dicta deleteria à verbo Græco δηλέω, quod est lædo sive noceo.

Deliaca supellex, in qua erant triclinia, & lecti cum pedibus & fulcris ex ære Deliaco factis.

Deliarium. Coniza Dioscor. lib. 13. cap. 135.

Delibatorium, Vide DELIBO.

Dēlĭbĕrārĕ, n. p. Dictum est à libella qua quid ponderatur, & significat cōsultare, perpendere, deliberationem habere, consilium capio: item decerno, statuo, certus sum. [... Gall. *Deliberer, consulter & penser comme on doit faire.* Ital. *Deliberare.* German. Rhatschlagen/ sich berhaten. Belg. Beraden. Hispan. *Deliberar.* Pol. *Rozmyslam, rozważam.* Vng. *Vegezni, tanátskozni, rendelni.* Ang. *To advise and tak counsayle what is best to be doone.*] Cicero postquam reversus est ab exilio: Noctem sibi ad deliberandum postulavit. Idem in Verr. Deliberatum est: id est, fixum & decretum est. ... ¶ Aliquando dubitare, ... Cic. lib. 3. Offic. Est enim istum sceleratum & impium, qui deliberant utrum id sequantur, quod honestum esse videant.

Dēlĭbĕrātur, impersonale. Cæsar 7. bell. Gall. Deliberatur de Avarico in communi consilio, incendi placeret, an defendi.

Dēlĭbĕrātus, particip. [נִמְלָךְ *nimlach.* ... Gall. *Deliberé, consulté, arresté apres avoir deliberé.* Ital. *Deliberato.* Germ. Berathschlaget/ wol bedacht. Hispan. *Deliberado.* Pol. ... Vngar. *Eleve gezett, rendeltetett.* Ang. *Advised vpon.*] Horat. Carm. Ode 37: -ut atrum Corpore combiberet venenum Deliberata morte.

Dēlĭbĕrātus, nomen ex particip. [Pol. *Rozważeni.* Vng. *Elvendölt, vegezött.*] Cic. Metel. libr. 5: Neque illi quicquam deliberatius fuit, quàm me quacunq; ratione posset, non judicio, neq; disceptatione, sed vi atq; impressione evertere.

Dēlĭbĕrātum, substantivum. [Vngar. *Rendeles, vegezes.*] Cæsar 1. bel. Civil. Illi deliberata respondent, scriptaq; ad eum mandata per eos remittunt.

Dēlĭbĕrātor, toris, m. t. [... Gall. *Deliberant, qui delibere ou a deliberé.* Ital. *Chi delibera.* Germ. Ein Rhatschlager. Hispanicè, *El que delibera.* Pol. ... Vng. *Tanátskozo, rendelö vegezö.* Angl. *He that adviseth and taketh counsayle before he beginne a thing.*] Cic. pro Sest. Illi interea deliberatori merces, longa interposita nocte, duplicata est.

Dēlĭbĕrātio, onis, f. t. Consultatio, consiliū. [... Gall. *Deliberation, pensement, consultation.* Ital. *Consultamento, consultatione.* Ger. Rhatschlag/ Betrachtung. Hispan. *Deliberacion.* Pol. *Rozmyslenie, rozważenie naradzenie.* Vng. *Vegezes, tanátskozás, rendeles.* Anglicè, *An advising and taking of counsayle.*] Cic. 1. Offic. Triplex igitur est, ut Panætio videtur, consilii capiendi deliberatio. Idem 3. Offic. Sapientem & bonum virum fingimus, de ejus deliberatione & consultatione quærimus.

Dēlĭbĕrātīvus, a, um, Ex deliberatione constans. [... Vngar. *Vegezö, rendelö, tanátsbol vegezetett.*] ut Deliberativum genus orationis apud Cic. 1. de Invention. Causa deliberativa, Cicero 2. de Invent. Materiæ deliberativæ, Quintilianus libro 2 cap. 7.

Dēlĭbĕrandus, da, dum, Deliberans. [... Gall. *Qui delibere & consulte sur quelque chose.* Ital. *Chi consulta & pensa à qualche cosa.* German. Der da Rhatschlaget. Hisp. *Lo que mucho delibera.* Pol. *Rozmyslaiacy sie.* Vng. *Gondolkodo, tanátskozo, vegezö.* Ang. *That adviseth vpon any thing.*] Livius 2 ab Vrbe: Consules velut deliberabundi capita conferunt, diu colloquuntur. Idem libro 1: Rex velut deliberabundus, in bonum ædium transit.

Dēlĭbo, as, penultima producta, act. p. Significat Decerpo, quasi libando minuo, degusto. [טָעַם *taham.* ... Gall. *Attoucher tant seulement du bout des levres, prendre vn peu de chose, gouster.* Italicè, *Menommare gustando, assaggiare.* German. Ein wenig versuchē. Belg. Afnemen/ wtnemen, ein wenig versucht. Hispan. *Gustar como quien haze salua.* Pol. *Kosztuie.* Vngar. *Meg kostolom, le szopom, nyalakozom.* Angl. *To tast, to touch lightlie or a litle with the lippes.*] Cicero pro Sest. Non sum tam ignarus, Iudices, causarum, non tam insolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper, & omnes undique flosculos carpam atque delibem. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro leviter attingo, & quasi summis labris degusto. ... Plancus Ciceroni: Putabam posse me nec de laude jejuni hominis delibare quicquam. Christ. Longolius Epistol. 1: Verùm quod ad rem pertinet, tantùm abest ut ille de laude tua quicquam delibarit, ut eo quidem facto & stultitiam ipse suam prodiderit, & virtutem tuam, claram illam omnino & sua sponte nobilem, sed illustriorem tamen reddiderit. Livius: Nec satis constat cur primus ac potissimus ad novum delibandum honorem sit habitus. ¶ Interdum violo, destruo, vitio. Gellius libro 1: Rependitur quippe & compensatur leve damnum delibatæ honestatis: id est, vitiatæ. Meliùs autem hujus verbi significationem assequetur, qui sciverit Grecam habere originem. Est enim compositum à verbo libo, Græcè λείβω, quod idem significat quod rigo vel humecto: unde quum summa tantum labra rigamus & leviter degustamus, propriè libare dicimus. Nimis itaque puerilis lapsus est eorum, qui libare dictum putant, quasi labiare.

Dēlĭbātōrium, Locus delibationi accommodatus. [Polon. *Miesce do kosztowania.* Vng. *Tanatshaz.*] Plin. lib. 16: Fuit & memoria ...

moria nostra in porticibus septorum à M. Agrippa relicta, æquè miraculi causa, quæ delibatorio supersuerat, viginti pedibus brevior, sesquipedali crassitudine. Alii legunt apud Pliniũ diribitorium.

Delibatio, ἀπόγευσις, degustatio: [Pol. Kosztowanie. Vng. Meg kostolás.] Florentinus D. lib. 30. Tit. 1. l. 116: Legatum est delibatio hæreditatis, qua testator ex eo quod universum hæredis foret, &c.

Delibro, as, pen. cor. act. p. Decortico librum: id est, corticem arbori detraho. [קלף pitsel. ἀποφλοιόω. Gall. Peler & oster l'escorce. Ital. Scorzare, levare la scorza. German. Ein baum schinden / entrinden. Hispanicè. Descortezar arboles. Polonicè. Oskoruję, obdzieram skorę. Vng. Meg hántom. Ang. To peale and take the bark of trees.] Colum. lib. 5: In ea nitidissimum ramũ eligito, & ejusmodi spatii corticem circumcidito, & materiam delibrato. Idem libro 5: Cortex quoque aridus fissusq; per summa trunci dependens delibrandus est.

Delibro, delibras, pen. prod. à libra compositũ, Põderare. [… Pol. Waże. Vng. Meg mérém.] Gel. lib. 15. ca. 8: Quid reliquum nisi ut delibrari sibi cœnas jubeant, ne edẽdo defatigentur? Quo in loco quædam exemplaria legunt, delibari.

Delibutus, Vnctus, quasi oleo aut alio liquore imbutus. [משוח nimschách נמשח malé. ἀλειφόμενος. Gallice, Oinct, imbu. Italice Onto. Germanice, Gesalbet / mit salb begossen. Belg. Gesalft. Hisp. Vngido de olores. Pol. Namazany, maszczony. Vng. Meg kenetett. Ang. Oynted or dipped in oyle or other licour.] Colum. libr. 7. cap. 4: Vbi per triduum delibuto tergore medicamina perbiberit. Cic. de Clar. Orat. Qui devinctus erat fasciis, & multis medicamẽtis propter dolorẽ artuum delibutus. Autor ad Heren. li. 3: Aut si quam rem deformabimus turpem, aut cruentam, aut cœno oblitam, aut rubrica delibutam indicamus: id est, conspersam. ❡ Transfertur & ad animum. Terent. in Phorm. Satin' est, si te delibutum gaudio reddo? Salust. Vxor sacrilegiis ac perjuriis delibuta. ❡ Est autem participium sine verbo, nescio an compositum sit.

Delicatè, omnia, Vide DELICO.

Delicatus, a, um. A delicium fit, Mollis, deliciis plenus. [מפנק … τρυφερὸς, ἁβρὸς, … Gall. Delicat, delicieux, douillet. Ital. Delicato. German. Zart / schleckerhafftig / welcher der schlechten und gemeinen speiß nicht gewohnet hat. Belg. Lecker. Hispan. Delicado, regalado. Polonice. Roskosznik, kochanek. Vng. Keduéres, … Angl. Delicat, deinetie, wanton.] Cicer. 6. in Verr. Nostrûm enim unusquisque, qui tàm beati, quàm iste est, non sumus, tàm delicati esse non possumus. Idem 1. Offic. Turpe enim valdèq; vitiosum, in re severa convivio dignum, aut delicatum aliquem sermonem inferre. Molles, & delicatæ voluptates, apud Cic. 1. de Natur. deor.

Delicatè, adverb. Molliter. [τρυφερῶς, ἁβρῶς. Gall. Delicatement, delicieusement. Ital. Delicatamente, deliciosamente. Germ. Schleckerhafftiglich / zartiglich. Hisp. Deleytosamente. Pol. Roskosznie. Vn. Kedueséggel, gyengen. Ang. Delicatlie, deintefullie.] Col. Cultam, vestitamq; familiam utiliter magis habeat, quàm delicatè.

Delicia, æ, autore Festo, Tigni genus dicitur, quod è culmine ad tegulas angulares infimas versus fastigiatum collocatur. [Pol. Krokwie.] Vnde & tectum ipsum deliciatũ, & tegulę deliciares, sive colliciares appellãtur. Cato de Re rust. cap. 14: Delicias tegulæ quæ erunt, pro binis integris computabuntur.

Delicium, ci, n. s. in singulari: & Deliciæ, arum, in plurali, Oblectamentum, oblectamentáve, quæ nobis voluptati sunt: à Delicio, quod ex De, & Lacio compositum. [עדנה hedhnah מעדנים mahadhanim. αἱ τρυφαί. Gall. Delices, esbats, menus plaisirs, passetemps. Ital. Delicie, delicatezze. German. Wollust / ergetzung / freuwd. Belg. Wellust. Hispan. Los deleytes, ò regalos. Polon. Roskosz, kochanie … Vng. Gyönyörűség. Ang. Delightes, delight and pleasure.] Martial. lib. 13: Delicium parvo donabis Dorcada nato. Idem libr. 1: Stellæ delicium mei columba; Verona licet audiente dicam: Vicit, Maximè, passerem Catulli. Cic. 6. Verr. Vnde igitur potiùs incipiam, quàm ab ea civitate, quę tibi una in amore, atq; in deliciis fuit? Suet. Titus amor, ac deliciæ generis humani. Legitur & Delicia, fœm. gener. Plaut. Mea voluptas, mea delicia. ❡ Delicias facere, τρυφᾶν, … sæpè legitur pro eo quod est fermè lascivire ac lusitare, quodammodo fastidire, ac se superiorem esse verbis, aut gestu ostendere: quod aliter dicit' deliciari, … Plaut. En delicias facis, mi Menæchme, quin amabo, is intro.

Deliciolum, diminutivum à delicium. [… Pol. Kochanineka. Vng. Gyönyörű …] Seneca 12. Epist. l. 2: Ego sum Philositi villici filius, deliciolum tuum. Perfectè, inquam, iste delirat vetulus, etiam deliciolum meum factus est.

Delico, as, penultima correpta, Explico, explano, interpretor. [באר baer. δηλόω. Gallice, Expliquer, exposer. Italice, Spianare, … Germanice, Außlegen / erklären. Hispanice. Esplanar, ò hazer lo claro. Polon. Wykładam, objaśniam. Vng. Meg magyarázom. Ang. To unfolde, to open out or expone.] Titin. lib. 5, ut citat Nonius: Quid istuc est, aut iste vult sermo? mater delica: id est, explana. ❡ Veteres etiam delicare, pro dedicare quandoque dicebant. Vnde Delicata, orum, dicebantur diis consecrata, quæ nunc dicata appellantur.

Delictum, Vide DELINQVO.

Delicus, porcus qui dicatur, exponit Varr. 1. de Re rust. cap. 15, his verbis: Quum porci depulsi sunt à mamma, à quibusdam delici appellantur, neq; jam lactentes dicuntur.

Deligo, gis, act. t. ex de, & lego compositum, Lego, eligo, delectum habeo. [בחר bachar. ἐκλέγομαι. Gall. Eslire, choisir. Ital. Eleggere. German. Außerlesen / erkiesen. Hispan. Elegir lo mejor. Pol. Wybieram. Vngar. Valaszton. Ang. To choose or pike out.] Deligere & Eligere sic differunt, ut Deligere sit, quod magis idoneum ad rem agendam est cernere: Eligere verò, vel ad nostrum emolumentum, vel ad illius, qui eligitur, dignitatem. Vide Vallam libr. 5. Cæsar 3. bel. Gall. Duces verò hi deliguntur. Cicer. 2. Offic. Quibuscum si frequentes sunt opinionem afferunt populo, eorum se fore similes, quos sibipsi delegerunt ad imitandum. ❡ Deligere pro colligere. Tenui primam deligere ungue rosam, Ovid. Epist. 4.

Delectus, particip. [מבחר mibchar. ἐκλεκτὸς, ἀπολελεγμένος. Gal. Esleu, choisi. Italice, Eletto. German. Außgelesen / erkieset. Hisp. Elegido. Polon. Wybrany. Vng. Valasztatot. Angl. Choosed, piked out.] Cicer. pro Rosc. Amer. Ad cámne rem vós reservati estis, ad cámne rem delecti, ut eos condemnaretis? &c.

Delectus, tus, verbale à deligendo, Electio. [מבחר mibchar. ἐκλογή. Gall. Election, eslite, choix, choisissement. Ital. Scelta, elettione. Ger. Ein außerlesung / erkiesung / erwehlung. Hisp. Eleccion. Polon. Wybor, wybranie. Vng. Valasztás. Ang. A choosing, or piking out.] Inde Delectus militum, dicitur militum electio, quum scilicet Imperator imperii sui autoritate, quos ei visum fuerit ad militiam cõscribit, etiam invitos: quod in majoribus tantum Reipubl. periculis fieri consuevit: alioqui contenti erant iis, qui ultrò nomina dabant. Homines autem per quos imperatores militum delectũ habebant, à conquirẽdis militibus, Conquisitores appellabantur. Cicer. ad Att. Nullus usquam delectus: nam conquisitores φαινοπροσωπεῖν nõ audẽt, nec nomina dant. Idem de provinciis Cons. Exercitus ille noster superbissimo delectu, & durissima conquisitione coactus, omnis interiit. Frequentissimè autem Delectus accipitur pro discrimine, sive judicio. κρίσις. quod inde factum videtur, quòd rectè deligere, nisi adhibito judicio, & perspecto rerũ discrimine, non possumus. Hinc dicimus, In usu verborum & sententiarum adhibendum esse delectum: id est, judicium. Cic. de Clar. Orat. Verborum delectum originem esse eloquentiæ.

Deligo, as, are, act. p. Ligo, vincio. [אסר asar. δέω, δεσμέω. Gall. Lier & attacher. Ital. Legare. Ger. Binden. Hisp. Atar. Pol. Przywięzuję. Vng. Meg kötöm, le kötözöm. Angl. To knitt, to binde.] Varro 1. de Re rust. cap. 47: Ea summa integenda binis tabellis dextra ac sinistra deligatis, herbæq; elidendæ. ❡ Deligare ad palum, Cic. 7. Verr. Deligatis omnibus membris, Idem 6. Verr. Deligata in linteolo grana, Plin. lib. 22. cap. 25.

Delimo, pen. prod. Compositum est à verbo Limo, lima abrado. [ἀποξύω. Gall. Limer de quelque chose, en tirer avec la lime. Ital. Limare. Germ. Abfeilen. Hisp. Limar. Polon. Pilnikiem odcieram. Vngar. El reszelem. Ang. To take away with an file.] Plin. lib. 34. cap. 11: Alii delimatam ejus scobem aceto spargunt. Pro eodem etiam alio in loco Plinius dixit Elimare.

Delingo, præteritum delinxi, Lingo. [לקק lakak. λείχω. Gall. Lecher. Ital. Leccare. Germanice, Ablecken. Hispan. Lamber, à lamer. Pol. Oblizuję, liżę. Vngar. Meg nyalom, le nyalom. Ang. To lick.] Plaut. in Curcul. Hic hodie apud me nunquam delinges salem. Vide latiùs in verbo LINGO.

Delinio, is, ire, act. q. si partium compositionem spectes, idem erit quod perungo. [משח maschách. ἐπαλείφω. Gall. Oindre doucement. Ital. Vngere. German. Bestreichen / uberfalben. Belg. Bestrycken. Hisp. Vntar. Pol. Pomazuję. Vng. Meg kenem. Ang. To anoynt softlie, to over rubbe with oyntement.] Frequentiùs tamen accipitur pro permulceo, placo, & illecebris quibusdam allicio. [פתה pittah. κηλέω, θέλγω. Gall. Amadouer, adoucir. Ital. Placare, mitigare, adescare con belle parole, lusingare. Ger. Bestrencken / uberfalben. Hispanicè, Amansar ò ablandar. Polon. Ogłaskuję. Vngar. Le csendesítem, meg engesztelem, enyhítem.] Plautus Stich. Vt cum advenientem meis dictis deliniam. Cicero pro Milone: Vt non modò virtute flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis deliniret.

Delinitus, participium, Captus, deceptus, mitigatus. [מפתה mephuttéh. … Gall. Alleché, amadoué, attrait. Ital. Adescato, lusingato, attratto. Ger. Mit guten worten einen uberredet / oder erweichen. Hisp. Halagado. Pol. Ogłaskany, zmiękczony. Vng. Le csendesíttetett, meg enyhíttetett. Ang. Touched gentillie, appeased, anoynted.] Cicero in Epist. Iam est biennium quum virtutis nuntium remisisti, delinitus illecebris voluptatis. Plaut. in Amph. Delinitus sum profectò,

ita ut qui sim nesciam: id est, animo alienatus. Cicero de Orat. Genus hominũ discitoriũ oratione delinitum: id est, mitigatũ.

Delinitor, oris, m. t. Blandus lenisq; moderator. [מפתה mephatteh. θέλκτης, κηλητικός. Gall. Adoucisseur, amadoueur, attireur. Ital. Lusingatore. German. Ein uberreder/der einen mit guten worten uberredt/oder erweichet. Hispan. Halagador. Pol. Tenktory egglaskuie, udmiekcza. Vngar. Engesztelö, enyhitö. Angl. An asswager or appeaser.] Cic. de Clar. Orator. Ut non cum adversario solum, sed etiam (quod mirabile esset) cum judice ipso, cujus delinitor esse debet orator, jurgio sæpè contenderet.

Delinitio, onis, f. t. Mitigatio, placatio. [חנופה chaluk. κήλησις, θέλξις. Gall. Amadouement, adoucissement. Italicè, Lusingamento. Germanicè, Erweichung / streichung mit sanfften worten. Hisp. Halago. Polon. Odmiekczenie, uglaskanie. Vngar. Engesztelés, meg enyhités, lecsendesités. Ang. An asswaging or appeasing.] Cic. 2. Offic. Ipsaque illa delinitio multitudinis ad breve exiguumque fit tempus.

Delinimentum, n. f. [θέλγητρον. Vngar. Engesztelés, meg enyhités, csendesités. Ang. An asswaging or appeasing.] Idem quod Delinitio. Lactant. lib. 6: Vitia verò quibusdam delinimentis naturalibus illiciere animos hominum, & inanium jucunditatum specie captos, ad acerbas amaritudines, miseriasq; perducere. Liv. 4. ab Urb. Aptissimum tempus erat, vindicatis seditionibus, delinimentum animis Nolani agri divisionem objici.

Delineo, neas, act. p. Compositum ex præpositione de, & nomine linea, designo & rudìter depingo: ut fit, quum pictores primùm pingui quadã minerva futuri operis lineamenta ducunt. [ὑπογράφω, σκιαγραφῶ. Gall. Tirer les premiers traits de quelque pourtrait, pourtraire doucement. Italicè, Designare. German. Entwerffen / die ersten linien ziehen / das fundament eines jeden dings/ oder den grund bezeichnen. Hispan. Traçar ò delinear rayando. Pol. Obrysowac, pierwsze linie wyciagam. Vngar. Meg lineazom, linealva meg ieczem. Ang. To drawe or describe the first beginninges of any thing by lines.] Plin. de Apelle: Arrepto carbone extincto è foculo imaginem in pariete delineavit. Unde lineamenta dicta sunt, γράμματα. Idem paulò pòst: Nec qui succederet operi ad præscripta lineamenta inventus est.

Delino, is, penultima correpta, act. t. delini, delevi, & delivi, delitum, penult. corr. Fœdo, corrumpo, extinguo. [מחה mach טנף tinneph. ἐξαλείφω. Gallicè, Effacer, souiller. Italicè, Cancellare, sporcare. German. Durchstreichen/beflecken. Belg. Vervlecken. Hispan. Quitar ò raer, ensuziar. Polon. Pomazuie, spece. Vngar. Be kenöm, kenettem. Ang. To deface, to defile.] Unde Delitus, pro fœdatus. Cicero Calvo: Tuli molestè, quod literæ delitæ mihi à te redditæ sunt. Priscian. lib. 9.

Delinquo, is, deliqui, delictum, Pecco & propriè non prætereunda prætermitto. [אשם ascham חטא chata. ἁμαρτάνω. Gall. Faillir, laisser à faire son devoir, ne faire ce qu' on doit. Ital. Fallire, peccare. Germ. Sündigen/fälen. Hispan. Faltar, pecar. Pol. Grzeszę, wystepuie. Vngar. Vétkezem. Ang. To faille, to omitt that which sould be donne.] Plaut. in Amph. Ex me quæris quid deliqueris? ❡ Quoniam verò prætermittere ea quæ præteriri nõ debẽt, peccare est, delinquere pro peccare ponitur. Cic. de Nat. deor. Ferretne civitas ulla latorẽ istiusmodi legis, ut cõdemnaretur filius, aut nepos, si pater aut avus deliquisset? Plaut. in Menæch. Ne tu delinquas, neve ego irascar tibi. ❡ Propriè tamen delinquere minus est, quàm peccare, unde apud Iurisconsultos obligationes ex delictis privatis nasci dicuntur: accusationes ex criminibus. Cicer. de Invent. 2: Nam necesse est eum, qui velit peccare aliquando primum delinquere. Ex Hotomano.

Delinquor, passivum. Papin. l. Si adulterium. §. Fratres denique. ff. ad legem Iul. de Adult. Adulterii crimen quod pubertate delinquitur, non excusatur. Cicero 1. Offic. Siquid delinquitur, fit nescio quomodo, ut magis in aliis cernamus, quàm in nosmetipsis.

Deliquium, n. f. Defectus. [חסר chaser. ἔνδεια, ἔκλειψις. Gall. Defaut, defaillance. Ital. Diffeto, mancamento. Ger. Ein gebresten/abgang/oder abbruch. Belg. Gebreck. Hisp. Menoscabo ò falta. Pol. Vmniejszenie, wina. Vng. Fogyatkozás, vetkezés. An. A lack, a failling.] Plaut. in Capt. Hoc si secus reperies, nullã causam dico quin mihi Et parẽtum, & libertatis apud te deliquium sit. Deliquiũ Solis, quũ Luna inter Solem terramq; interposita, lumen ejus nostro eripit conspectui. Plin. lib. 2. cap. 12. ❡ Deliquium animi. [λειποθυμία. Polon. Omdlienie. Vng. Elaialás.] quum animus linquitur, & quis animo deficit, quam medici syncopen vocant.

Deliquum, deliqui, Minus. [ἔλαττον. Gallicè, Moindre, manque. Italicè. Meno, manco. Germ. Minder. Hispanicè. Menos. Pol. Mniey. Vn. Kevesb. Ang. Lesse, manke.] Autore Festo, qui Plautum ejus rei testem dicit: sed ejus verba non affert. In Casina aiũt ubi nonnulli legunt Deliquum, legendum est deliquium, autore Varr. lib. 6. de Ling. Latin.

Delictum, n. f. Peccatum: [אשם ascham. ἁμάρτημα. Gall. Faute, peché. Ital. Delitto, peccato. Ger. Ein sünd oder fehl. Hisp. Pecado, menoscabo. Pol. Blad, wystepek, dolba, grzech. Vngar. Vétek. Ang. A faulte, an offence.] à delinquo is, quòd qui peccat, delinquat officium suum. Nam propriè delictum est, quũ non fiunt, quæ fieri debent: peccatum, quũ fiunt, quæ fieri non debent. Plaut. in Bacch. Sine hoc exorare me obsecro abs te, ut istud delictũ Desistas tantopere ire oppugnatum. Plin. libr. 14. cap. 11: Atque etiam in delictis pœnam ipsam ignorat.

Deliqueo, es, ere, n. t. vel, Deliquesco, is, delicui, Dissolvor, liquesio, diffluo. [נמס namas. τήκομαι, ἐκτήκομαι. Gall. Se fondre & venir en liqueur. Ital. Risolversi, divenir liquida. German. Zerschmeltzen. Hisp. Derretirse. Polon. Rozpłiwam się, roztapiam się. Vngar. El olvadok. Anglicè, To melt, to be readie to melt.] Ovid. 4. Metamorph. Protinus imbutum cœlesti nectare corpus Delicuit. Columel. libro 12. cap. 41: Hæc ita coquuntur, ut omnia poma deliquescant cum musto. ❡ Per translationem, Cicer. 4. Tuscul. Nec sitienter quid expetens ardeat desyderio: ne alacritate futili deliquescat.

Deliquiæ, arum, f. p. [αἱ ὀχετοί ... Gall. Gouttieres. Ital. Solchi da condurre via l' acqua. Germ. Die öter in welche das wasser der tachtropffen felt unnd hinweg fleust. Hisp. Sulcos para sangrar el agua lluvia. Pol. Zlewy, rynny. Vn. Barazda, ezekelyen, az esöpergö viz ki foly. Ang. Gutters into the which eaves do drappe.] ut, Deliquiæq; stillicidia excipiunt in cavedio. Vitru. lib. 6. cap. 3: Cavedia autem despluviata sunt, in quibus deliquiæ aquam sustinentes stillicidia rejiciunt. Quædã exemplaria habent, aream sustinentes.

Deliquo, as, penult. correpta, act. p. deliquare, Effundo. [שפך schaphak. ἐκχέω, ἀντλῶ. Gall. Verser quelque liqueur d' un vaisseau en autre, faire decouler. Ital. Vuotare un liquore in altro vaso. German. Abgiessen/abschütten. Hisp. Derramar de una vasija en otro. Polon. Odlewam, przecedzam. Vngar. Ki ölitem, meg szürom. Anglicè, To drayne out water, to power out licour.] Col. lib. 12. cap. 39: Deinde post viginti vel triginta dies, quũ deferbuerit, in alia vasa deliquare, & confestim opercula gypsare & pelliculare. ❡ Deliquare item est, ex turbido liquidum facere. Varro libro 6. de ling. Latin. Turbida, quæ sunt deliquatur, ut liquida fiant. Hinc deliquium, deliquandi actio. Plautus in Casin. Sine amet, sine quod lubet id faciat, quando tibi nil domi delicquium est. Id est, quandoquidem nihil turbulenti, nihil molestiæ domi tuæ habes, ut quemadmodum cæteri quoque habeas quod sufferas.

Deliro, as, pen. prod. A' recto decedo. [חטא chata השתגע hischtagheàh בער nibhàr. παραληρέω, παρανοέω, παραφρονέω, παραγηράω, παραπαίω τῆ διανοίᾳ. Gall. Forvoyer de la raye en labourant, n' aller point droict, resver, radoter. Ital. Partirsi dal vero, farneticare dal dritto. German. Neben auß / auß der rechten furch faren / ungeben/in aberwitz kommen. Belg. Wt den wege gaen/ dolen/ sotten. Hisp. Desvariar. Polon. Blaznie, szalenie. Vngar. Bolondozkodom, balgo kaskodom. Ang. To dote and waxe foolishe.] Translatum ab aratore: nam Lira est recta fossa, quæ in agris ducitur, ut in ea aqua pluvia & terræ uligo defluat. Et quia rectus est sulcus, delirare dicuntur, qui extra sulcum id est, à recta via declinant. Plaut. in Epid. Profectò deliramus interdum senes. Cic. 1. Tuscul. Adeòne me delirare censes, ut ista esse credam? Horat. lib. 1. Epist. ad Lollium: Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi. ❡ Est autem compositum ex de, & liro, quasi deorsum liro. Lirare verò, est agros in sulcos dirigere. Alii delirare à Græco λῆρος, quod ineptire est, trahunt.

Delirus, penult. producta, m. f. Stultus, insanus, mente captus. [משתגע mischtagheàh בער nibhar בער bahar נבל nabal. παραφρονῶν, παρήγορος. Gall. Resveur, qui radotte, hors de son sens. Ital. Pazzo, quello che si parte dalla ragione. Germ. Ein unsinniger/ unbesinnter/der irr geht/ und nicht recht bey im ist. Belg. Onwijs. Hisp. Desvariado. Pol. Blazni, szalony. Vngar. Bolond, esztelen, balgatag. Ang. A doter or old doting foole, a raver.] Ratio enim est via recta, per quam omnes ducuntur. Cicer. de Orator. Tum Annibal respondisse fertur, multos se deliros senes vidisse, sed qui magis deliraret, quàm Phormio, vidisse neminem. Idem 2. de Divin. An tu censes ullam anum tàm deliram futuram fuisse, ut somniis crederet?

Deliratio, onis, f. t. Senilis stultitia, error, insania: quæ significatio sumpta est ab ineptis aratoribus, à lira: hoc est, à sulco, aberrantibus. [שגעון schiggaion נבלה nebalah שטות ... παραφροσύνη, παραληρησις. Gall. Resverie, sottise, radotement. Ital. Pazzia senile, sciocchezza. German. Aberwitz/thorheit. Hisp. Desvario. Pol. Szalenstwo, glupstwo. Vng. Vétkezés, bolondokodás. Anglicè, Dotage.] Plinius libro 18. cap. 20: A' rationes per transversum iterata occasio sequitur: ubi res poscit, crate, vel rastro, & sato semine iteratio. Hoc quoq; ubi consuetudo patitur, crate dentata, vel tabula aratro annexa, quod vocant lirare, operientes semina: unde primùm appellata deliratio est. Cicero de Senect. Ista senilis stultitia (quæ deliratio appellari solet) senum levium est, non omnium.

Deliritas, pro deliratione. [Vngar. Meg vetkezés, bolondozkodás. Ang. Dotage or old age which doteth.] Laberius: Quoniam mens qua

Diætarii, Servi in diæta servientes. [διαιτητοί. Gall. *Serviteurs de chambre ou qui servent la viande sur table.* Ital. *Servitori nel cenacolo.* German. Tischdiener. Hispan. *Servidores que sirven à la mesa.* Pol. *Sługi stoł ewi.* Vng. *Asztal bor szolgálok.* Ang. *Which serveth in the diet place.*] Horum meminit Vlpian. de fund. instr. ¶ Diætarii fures à Inreconsultis dicuntur, qui in aliena cœnacula furandi gratia se dirigebant, quos Vlpianus scribit plus quàm fures esse puniendos. Itaq; aut ad tempus relegandos, aut in opus publicum dandos, aut fustibus cædendos. Titul. de injuriis & famosis libel. l. Sacculari.

Diæreteæ, [דיירים *pedibus diæretæi.* Gall. *Arbitres, juges arbitres.* Ital. *Arbitri.* Germ. Schiedleut. Hispanicè, *Iueces arbitraiios.* Polon. *Rozjemcie.* Vngar. *Kbeberek, szerbeu.* Ang. *Arbiters iudges.*] Latinè appellantur arbitri, ἀπὸ τοῦ διαιρεῖν, quod est arbitri officio fungi.

Diætetica, [διαιτητικὴ. Gall. *Celle partie de medicine qui guarit par diete & regime de viure.* Ital. *Medecina che sana c' al gouerno della vita.* Germ. Ein ordnung vnnd regiment so man in Essen vnnd Trincken braucht zur erhaltung der gesundheit. Hisp. *Medecina de dieta.* Pol. *Pewna miara wiadlie y wpicia.* Vng. *Az ételbe regula szabas, diétaual gyogyitó orvosság.* Angl. *A parte of medicine that healeth by diete.*] medicina dicitur quæ victu medetur, teste Celso libro 1. in Proœmio, nempe quæ ex moderata victus ratione sanitatem tuetur: vulgus, *regimen* vocat.

Diagalanga, ex galanga confectio.

Diaglaucion, Genus collyrii, ex glaucio herba temperatum. Plin. lib. 27. cap. 10.

Diagonios, διαγώνιος, Lineæ genus est quam Latini nonnulli angularem vocaverunt, quòd ab uno angulo ad alterum perducatur. Vitruv. libr. 6. cap. 3: Tertium, *inquit*, uti latitudo in quadrato paribus lateribus describatur, inque eo quadrato diagonii linea ducatur, & quantum spatii habebit ea linea diagonii, tanta longitudo atrio detur.

Diagramma, atis, n. t. [διάγραμμα. Pol. *Napis.* Vng. *Kiirat irtmánya.*] Græcis *inscriptionem* vel *titulum libri* significat. Item decretum, formulam, vel edictum in scripturam redactum. Item Geometricam figuram, sive ea triangularis fuerit, sive quadrangularis, aut alterius formæ, cujusmodi apud Euclidẽ demonstrãdi causa non paucæ extant. Vnde & Diagrammata Chaldaica quodã in loco à Plutarcho appellantur, quę vulgò *Prognostica* vocantur. ¶ Est etiam diagramma perscriptio & breviarium, quo ddam in publicis collationibus fieri solitum, ut ex censu tributa conferantur. Cic. in Verrem, Scripturam vocat. ¶ In musica item diagramma vocatur mensurarum proportio notis quibusdam descripta. Vitruv. libr. 6 cap. 1: Vnde diagrammatic musico, medianę vocis habent sonitum, &c. Reliqua vide in Budæi Commentariis. Nam ad Latinum dictionarium parum conducunt.

Diagraphice, hujus diagraphices, pen. corr. διαγραφική. Plin. libr. 35. cap. 10: Et hujus autoritate effectum est, Sicyone primùm, deinde & in tota Græcia, ut pueri ingenui ante omnia diagraphicem: hoc est, picturam in buxo docerentur, receptaque ars ea in primum gradum liberalium. διαγραφή. Deleptio, antiquatio & peremptio rei cœptæ vel jam peractæ.

Diairis, ab iri confectio, apud Nicol. scripta [Ger. *Confiture blanca* Gilgen.]

Dialacca, ab Lacca sic dicta, apud Nicol. in Antid.

Dialectice, f. p. διαλεκτική, Ars disserendi, cujus finis est verũ falso discernere: ita dicta ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι: hoc est, à disputando. Cicer. in Topic. Iudicandi enim vias diligenter perspicere, sunt ea scientia quam dialecticen appellant. Idem 4. Academ. Dialectica veri & falsi quasi disceptatrix & judex. De hac vide lege Ciceronem ad Brutum. ¶ Dialectica, Diog. Laërt. in vita Platonis: Dialectica (*inquit*) est disputandi ars, per quam aliquid aut probamus, aut improbamus, ex interrogatione & responsione differentium.

Dialecticã, orum, plur. num. gen. neut. Cic. Attic. libr. 14. Hortabans apud Vestorium hominem remotum à dialecticis, ut arithmeticis satis exercitatum.

Dialecticè, adverb. διαλεκτικῶς, Cic. 1. Acad. Multa adeò in intima philosophia, multa dicta dialecticè, &c. Quintil. libr. cap. 10: Orator etiamsi rarò, non tamen nunquam prodit dialecticè.

Dialecticus, tici, m. f. substant. διαλεκτικὸς, Qui tractat dialecticam. Cic. in Orat. Disputandi ratio, & loquendi, dialecticus sit: oratorum autem, dicendi & orandi. Idem 4. Acad. Quidlibet verum, aut falsum, dialecticus judicabit.

Dialecticus, a, um, adject. Quod pertinet ad dialecticam: Dialecticæ captiones, apud Cicer. 2. de Finib. Disputationes dialecticæ, Quint. lib. 5. cap. 14.

Dialectos, διάλεκτος, Linguæ alicujus proprietas, quodlicet unaquæque lingua peculiare habet, & à cæteris diversa. Vnde quinque dicimus esse Græcorum dialectos, Atticam, Ionicam, Doricam, Aeolicam, & Communem.

Dialexis, is, f. t. διάλεξις. Latinè disputatio.

Dialeucon, n. f. [διαλευκὸν. Polon. *Szafran biał.* Vngar. *Safrány.*] Croci sativi genus, in medio candidum: unde & nomen accepit. Plin. lib. 21. cap. 6: Est & per se genus sativi, candidissimum, vulgò, quum sit medio candidum, *dialeucon* vocat.

Diallage, f. t. διαλλαγή, à nostris transfertur *Combinatio.* Figura est quum plura argumenta ad unum effectum dedumuntur. Quintil. lib. 9.

Dialoes, medicamenti confectionem lege apud Galen. de Tuenda valetud. lib. 3.

Dialogus, gi, m. f. [διάλογος. Gall. *Dialogue, disputes entre quelques vns, deuis entre personnes, oraisons par personnages.* Ital. *Dialogo è opera doue due è piu persone parlano insieme disputando alcuna cosa.* Ger. Ein Gesprech. Hisp. *Libro, è tractado, en donde se conuersa, o algunas personas que disputan, ò hablen juntamente.* Pol. *Rozmowa, dialog, wiedzy dwiema albo trzema.* Vngar. *Ket vagy több beszélgetés, vetekedés, (avagy) beszédlés.* Ang. *A dialogue, a comunication and talking betweene many or diuerse persons.*] Sermocinatio sive disputatio, duorum vel plurium interrogationem mutuamque responsionem continens, ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι, quod est disputare, sive sermocinari. Quintil. definit dialogum ex interrogatione responsioneq; compositum, de re quæ vel Philosophiam, vel Reipub. partes attingat disputans, cum apposita verborũ personarumq; expressione. Cic. de Claris Orat. Quum disputatio est inter eos, ut est consentaneum dialogorum. ¶ Diog. Laërt. in vita Platon. defin. Dialogum: Est autem Dialogus (*inquit*) ex interrogatione & responsione compositus, de ea re, qua vel philosophiam vel Reip. partes attingat cum decenti & congrua expressione personarum quæ assumuntur, accurataq; compositione verborum.

Dialogismus, m. f. διαλογισμὸς, à Rufiniano refertur inter schemata διανοίας, quum scilicet quis secum rem aliquam meditans, tanquam cum altero colloquẽs, interrogat & respondet. Exemplum insigne est illud in Eunuch. Terent. Quid ergo faciam? non eam ne nunc quidem Quum accersor alteri? potiùs ita me comparem. Non perpeti meretricum contumelias? Exclusit, revocat, redeam? non, si me obsecret.

Dialeutenses. Pelagiæ ex purpuratum genere sunt, quę vulgò soli genere pascuntur. Autor Plin. lib. 9 cap. 37.

Dialyton, διάλυτον, Figura est quæ alio nomine asyndeton

ſive aſyntheton appellatur, qua plures dictiones, orationéſve ſine copula junguntur. Latinè diſſolutum dici poteſt. Tale eſt illud Virg. lib. 4. Aeneid. -ite Ferte citi flammas, date vela, impellite remos.

Diamanna, ex manna confectio apud Nicol.

Diamargariton, ex margaritis confectio cordalis apud Nicol.

Diāmētēr, pen. corr. m. ſ. [Διάμετρος]. Gall. *Vn diametre, vne ligne paſſant tout à travers vne figure de bord en bord.* Ital. *Linea che diuide qualunque vna figura.* Ger. Ein ſchnurſchlechte linien ſo die figur in zwey gleiche theil durchſchneidet. Hiſp. *Linea para partir igualmente vna figura, diametro.* Pol. *Linia ktora rozbiva przepina circul y wpoprzy.* Vn. *Hasznu kie file valoſzto linea (anagy) altalaſzto.* Ang. *A line going overthwartwardl that frome bordour to bordour, or margent to margent.*] Eſt recta linea, figuram qua longiſſimè patet eraquo tecans: veluti diameter orbis eſt linea, quæ ſic à ſummo ad imum tendit ad circulum, ut per centrum eat, definito Macrobio in Somn. Scipion. lib. 2. Sic in quadrangula diameter vocatur linea à ſuperiori lateris dextri angulo ad infeniorem lateris ſiniſtri perducta: hoc diſſentit ab Euclidis definitione. Latini dimetientem vocant: nam Græcis Διάμετρος & Διαμετρεῖν id eſt, à dimetiendo dicitur. Colum. lib. 6. Eſt area rotunda, cujus diametros habeat pedes ſeptuaginta. ¶ Vnde proverbialiter olim dicebatur ex diametro oppoſitis & diametro diſtare, ἐκ διαμέτρου, de vehementer inter ſe pugnantibus. Lucianus in Tyranno.

Diamones, mandragora, apud Dioſcor. lib. 4. cap. 59.

Diamoron, à moris Celſo dictum electuarium, & deſcribitur à Nicolao in Antid.

Diānœē, ſ. p. Mens, intellectus. [דעת *dāath*. Διάνοια. Gall. *Entendement.* Ital. *Mente, intelletto.* Ger. Die vernunfft oder verſtand. Hiſp. *Entendimiento.* Pol. *Rozum, domyſl.* Vng. *Eſz, elme, okoſag.* Ang. *The vnderſtanding.*] Vnde Figuras dianœas vocant Rhetores quæ ſenſum magis, quàm verba ſpectant. Quintil. lib. 1. figuras quæ lexeos, quæq; dianœas vocantur.

Diaolibanum, ex opiatis (ut vocant) electuarium, ac Olibano ſic inſcriptum à Nicolao compoſitorum conſarcinatore.

Diāpāſmā, atis, n. t. Διάπασμα. Ger. Ein gemengt puver von gutem geſchmack vnd trockner Natur / das man auff den leib ſtreicht / den ſchweiß zu vertrocken.] Inſpergimen liccis odoribus conſtans, ut ſcribit Plin. lib. 13. cap. 2. cujus præcipuus uſus eſt in coërcendis ſudoribus, ut marescant corpora à balneo: quanquam nō ob hoc ſolùm, verumetiam ad fovendam, vel laxandam, aut adhingendam aliquam corporis partem ſoleat adhiberi. Vide Marcellum Virgilium in Dioſcoridem lib. 1. cap. 21. Dicitur autem λὸ τὸ διάπασμα, inſpergo. Mart. lib. 1: Quid quod olet gravius miſſum diapaſmate virus?

Diāpāſon. Διὰ πασῶν, Muſicæ menſuræ genus, cōſtans ex diapente & diateſſaron: hoc eſt, ex quinq; tonis & duobus ſemitoniis minoribus. Qua de re vide Commentarium Macrobii in Somn. Scipionis.

Diapendion, à penidiis dictum, pectorale eſt medicamentū.

Diāpēntē, Διὰ πέντε, Muſicæ menſuræ genus, tribus conſtans tonis, & hemitonio minore. Vide Macrob. in Somn. Scipionis.

Diāphānum, pen. corr. n. ſ. [Διαφανὲς. Vng. *Tundöklö, világoſag.*] Latinè dicitur tranſparens, ſicut & cryſtallum, διὰ τὸ διαφαίνειν, quod eſt translucco. [Ger. Durchſichtig.]

Diāphōnĭā, ſ. p. [Διαφωνία. Vng. *Kulömbözö.*] Diſſenſio, diſcordia: Διαφωνεῖν, diſcordo, diſſono.

Diāphōrā, pen. cor. [מחלוקת *machalōkath*. Διαφορά. Gall. *Difference.* Ital. *Differenza.* Ger. Vnderſcheid. Hiſp. *Differencia.* Pol. *Roznica.* Vng. *Kulömbözö.* Ang. *Difference.*] Latinè differētia, ἀπὸ τὸ διαφέρειν, quod eſt differre.

Diāphōrētĭcī medicamenta, Διαφορητικὰ φάρμακα. A Latinis vocātur diſcuſſoria, quæ ſcilicet collectiones incipientes nō ad pus, aut ad ſaniē perducunt, (quod Græci vocant σκιρρώσεις) ſed ſine ſuppuratione aliqua diſjiciunt, & diſſolvunt. Id enim medici Διαφορέω appellant.

Diāphrāgmā, atis, n. t. [Διάφραγμα. Germ. Ein vnderſchlachtung, als fell im leib oder netze von einer ſeiten zu der andern zwiſchen dē eberen eingewenden / Hertz vnd Lungen / vnd zwiſchen den Nieren. Pol. *Przepona ktora ſerce y płuca dzeli od matrob y y filiczyony.* Vn. *Agyék hártya.* Ang. *The midriffe that deuideth the hart and lightes frome the other bowels.*] Quanvis ex vi vocabuli omne illud ſignificet quod in re aliqua medium eſt, (unde & cartilaginē illam quæ aures dirimit, Græci Διάφραγμα appellent) peculiariter tamen medici hac voce utuntur pro muſculo quodam rotundo qui ſpiritalia viſcera à naturalibus: hoc eſt, cor, & pulmones à jecore & liene, velut paries quidam interjectus, interſepit & diſtinxit. Hujus autē muſculi ſummum caput in coſtarum extremitatibus ſtatuitur, ubi multæ carnis eſt particeps: deſinit autem in medium, quod membranoſum eſt, & tendoni finitimum. Ab internoti parte malo punico annectitur, circunductumq; per notharum coſtarū extrema, retrò ad duodecimam ſpinæ vertebram adhæreſcit. Tunicas habet duas, ſuperiorē à membrana coſtas ſuccingente, inferiorem verò à peritonæo. Vſus ejus eſt triplex: nam & primùm eſt reſpirationis inſtrumentū: deinde non leve ad alvi exonerationem affert momentum: poſtremò vitalia (uti jam diximus) à naturalibus ſeparat: unde etiam nomen accepit: Διάφραγμα enim aliud nihil eſt quàm interſepite. Qua ratione etiam à Latinis ſeptum tranſverſum appellatur. Corn. lib. 4: At ſub corde atq; pulmone tranſverſum ex valida membrana ſeptum eſt. Idem in Proœ. libri 1: Simulatq; verò ferrum ad præcordia acceſſit, & diſcriſſum tranſverſum ſeptum eſt, quod membrana quadam ſuperiores partes ab inferioribus diducit (Διαφραγμὸν Græci vocant) hominem protinus animam amittere.

Diaponi, orum, m. ſ. dict. Cretenſium canum aliqui, quaſi qui ſemper in certamine congrederentur fortes.

Diāpōrēsĭs, penultima producta, Dubitatio. [Διαπορέω. Gall. *Doubtance, doute.* Ital. *Dubitanza.* Ger. Zweiffung. Hiſp. *Duda.* Pol. *Wątpienie.* Vng. *Ketelkedés.* Ang. *A doubting.*] Figura oratoria, quæ fit quotiés omnia & magna videntur, & paria, ita ut orator neſciat à quibus potiſſimùm dicere incipiat. Terent. in Eunuch. Quid cōmemorem primùm, aut laudem maximè? Illum qui dedit mihi conſilium ut facerē, an me qui auſus ſim Inciperelan fortunā collaudem, quæ gubernatrix fuit?

Diāprāſĭūm, ex praſſio herba medicamentum: cujus deſcriptionem vide apud Nicol. in Antid.

Diāpſālmā, atis, n. t. [סלה *ſelah*. Διάψαλμα.] Commutatio rhythmi, aut viciſſitudo canendi, ut quidam volunt. Alii pauſationem ſpiritus interpretantur: alii alterius ſenſus exordiū: alii rhythmi diſtinctionem: alii verò cujuſdam muſicæ varietatis ſilentium. Autor Hieron. in Epiſt. ad Marcellum.

Diārĭum, arii, n. ſ. à die fit, & ſignificat victum quotidianum: id eſt, quod in unius diei cibum datur. [דבר יום ביומו *dabar jom bejomō*. Ἐφημέριον. Gal. *Pitance d'vn iour, vn ce qu'on deſpend en vn iour.* Ital. *Il viuer d'ogni giorno.* Ger. Ein täglichs ſpeiß was man in einem tag iſſet oder verchut. Hiſp. *La dietta comida de vn dia.* Pol. *Pokarm ktori na dzień trzewimis albo widzieniu.* Vng. *Mindennapi abrak.* Ang. *The allowance of one day.*] Mart. lib. 11: Sed lupus uſuram, puerq; diaria poſcunt. Horat. 1. Epiſt. Cum ſervis urbana diaria rodere. ¶ Accipitur & pro libello in quo acta quotidiana perſcribuntur. [Græci ἐφημερίδα appellant. Gall. *Papier iournal.* Ital. *Giornale.* Ger. Ein büchlin in welches man eines jeden tags Geſchicht verzeichnet. Hiſp. *Hiſtoria que procede dia en dia.* Pol. *Kſiąſzka do ktorey ſpraw naſze co dzyen wpiſuiemy.* Vng. *Jegyző könyuetske, kibe mindennap, dolgot ſöl irnunt.* Ang. *A reckoning booke.*] Iuvenal. diurna, plurali tātùm numero. ¶ Legitur & Diarius, a, um, ἐφήμερος, ut, Diaria febris: hoc eſt, febris unius diei: quanvis nō ratò in quartū uſq; diem producatur.

Diārrhœē. [Διάῤῥοια. Ger. Der durchlauff des Bauchs. Pol. *Biegunka.* Vng. *Haſmenés.*] Alvi purgatio, ventris fluxio. Cic. Gallo: In cœna augurali apud Lentulum tanta me diarrhœa arripuit, ut hodie primùm videatur cœpiſſe conſiſtere.

Diārrhȳtŏn. [Διάῤῥυτον. Vng. *Nedues viczi.*] Græcis ſignificat aquoſum, paluſtre: quo cognomine etiam Hipponem Africæ Zeugitanæ oppidum, ab Hippone regio (quod oppidum eſt Numidiæ) diſtinxerunt: quos & Romani imitati, *Hipponem diutum* vocaverunt. Autor Plin. lib. 5. cap. 4.

Diāſātȳrĭŏn, Διὰ σατύριον. Compoſitio quædam medicorum ad excitandam Venerem: ita dicta quòd ſatyrion herbam recipiat, excitando Veneris appetitum in primis efficacem.

Diāſtēmā, atis, n. t. Græca dictio, ſpatium, intervallum, ſive intercapedinem ſignificans. [רוח *rōvah*. Διάστημα. Gall. *Intervalle, eſpace.* Ital. *Intervallo.* Ger. Vnderſcheidende weyte. Hiſp. *Eſpacio.* Pol. *Szerokość y rozwiza a rozdzielna, taka ieſt miedzy liniami.* Vng. *Köz.* Ang. *Space, or diſtance.*] Vtitur hac voce Sidonius Apollinaris, qui tamen in hoc falſus eſt, quòd penultimam ſyllabam corripuerit, quæ apud Græcos per ē longam vocalem ſcribitur. Sic, *inquit*, placidum Paphien ſervare Diaſtema quintum.

Diāſtŏlæ, dicuntur rationum correctores, ſeu diſtinctores, vel quod magis erit, gratiæ diviſores: Διαιρέω enim eſt divido ac diſtinguo.

Diāſtŏlē, ſ. f. Διαστολή, Figura eſt dictionis qua brevis ſyllaba contra naturam producitur: ut, Italiam fato profugus: ubi prima ſyllaba in dictione Italiam, quæ natura brevis eſt, extenditur. ¶ Diaſtole itē apud medicos vocatur dilatatio thoracis, quæ fit quum ſpiritum attrahimus, quemadmodum & ſyſtole ab iiſdem vocatur illa cordis, thoracisq; contractio quæ fit inter expirandum.

Diāſȳrmŏs, Διάσυρμος, Figura eſt qua una dictio ad duo diverſa ſignificata diſtrahitur. Virg. Aeglo. -arguros interſtrepere anſer olores: id eſt, malus Poeta inter bonos. Fit à verbo Græco Διασύρω, quod inter cætera ſignificat diſtraho.

Diāteſſārŏn, Διὰ τεσσάρων, autore Macrobio, Muſicæ menſura eſt conſtans duobus tonis & ſemitonio minore.

Diāthēcē, cæ, f.p. [דברים אחרנים debarim acheronim. διαθήκη. Gall. Testament. Ital. & Hisp. Testamento. Ger. Ein Testament. Pol. Testament. Vng. Testamentom. Ang. A testament.] & Diatheca, orum, pro testamēto ponitur, & pro hæreditate quę testamento obvenit. Quum autem testamentū significat, pluraliter pleruuq; effertur. Mart. lib. 11. O quantum diatheca varient, & quinq; comati. Tūc quū pauper erat, nō sitiebat Apelle.

Diātrētus, Tornatilis, διάτρητος, ut Diatretus calix. διατρῶν enim aut perforo significat, aut torno conficio. [Pol. Tarjoni, kreszony. Vng. Eszergába faragot.] Vlpian. l. Si Servus, ad legem Aquil. Si calicem diatretum faciendum dedisti, si quidem impensis fregit, damni injuria tenebitur. Hæc pocula à Cicerone & Salustio ferè torevmata vocantur. Hinc Diatretarius cælator, qui tornata opera facit, in l. 1. C. de excus. artific. Vide Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 7.

Diāthesis, pen. corr. διάθεσις. Affectus: & unum ex accidentibus verbi, quod Latini Genus vocant.

Diatreon, piperon, medicamentum, quod ex tribus piperibus conficitur. Compositionem docet Galenus de valetudine tuenda, lib. 4.

Diaturei, Græcè διατουροῖ, Custodes navis sunt, qui non precio conducti, sed loco victu navem custodiehāt. Vox est composita, διὰ & διάτρεφε: id est, à victu, τρέφω, quod custodem notat. Alciat l. ff. Naut. caup. stab.

Diaulos, δίαυλος, Spatium duorum stadiorū. Stadium enim, ut Hieronymo placet, pedes in longitudinē sexcentos habet: diaulos, mille ducentos: milliariū, stadia octo: dolichus, δολιχός, stadia duodecim. Vitruv. lib. 5. In palæstris, peristylia quadrata, sive oblonga ita sunt facienda, uti duorum stadiorū habeant ambulationis circuitum, quam Græci vocant δίαυλον. ¶ Item Diaulus vir erat ex medico factus cadaverū funerator: de quo Martialis: Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus.

Dibalo, as, are, Verbum ab animaliū voce ad homines translatum. Dibalare rem, est quod Græcè dicitur συνταράττειν τὴν ὑδατοῦν. Varro lib. 6. de lingua Latina.

Dibāphā, sive Dibaphos, [תולעת שני tolaat sch'ani. δίβαφα, ὁ δίβαφος. Gall. Teint deux fois, renfoncé de teinture comme estais la pourpre. Ital. Porpora tinta due fiati. Ger. Zweymal eingetüchter purpur. Hisp. Casa dos veces teñida de color bermejo. Pol. Purpura farbiona dwa razy omaczony. Vng. Kétszer festett bársony, fiumbársony. Ang. Twiffan purple dyed.] Purpura Tyria bis tinctatina dicta ὑπερβάφεις. Plin. lib. 9. cap. 39: Huic successit dibapha Tyria quæ in libras denarijs mille non poterat emi. Hac Lentulus Spinter Aedilis curulis primus in prætexta usus improbabatur, anno Vrbis cōditæ septingentesimo, Cicerone Consule. Cicero Cælio: Curtius noster ἀνάφορος cogitat: sed cum infector moratur. Vbi notat Curtium nullius pretii hominem, qui immaturè aspirabat ad magistratum.

Dica, f.p. Iudicium, actio, libellus actionem continens. [δίκη. Gall. Vne cause ou procez, vne action. Ital. Petitione è dimanda in iudicio. Ger. Ein brieff in welchem ein Rechtshandel begriffen oder verkündet wird/ein Mannungs brieff. Hisp. Demanda en iuyzio. Pol. Pozew wkterym skarga iest opisana. Vng. Pöreben feleletet level, (avagy) feleles. Ang. An cause, action, or processe.] Terent. in Phor. En unquam injuriarū audisti mihi scriptam dicam? Cic. 4. Verr. Scribitur Heraclio dica: hoc est, Ecquando audisti me injuriarum nomine in judicium fuisse vocarū. Ibidem: Cognatum te meū esse dicam, & tibi scribā dicam. δίκαιον ἐπιβάλλω. Δίκαιον Græci Deam esse finxerunt judiciorum præsidem, eamq; virginem & Iovis filiam: (qualem etiam Latini fingunt justitiam.) ejusq; ministri δικαστὰς dicebantur: hoc est, judices & litium diremptores. Budæus.

Dicæodotes, is est, qui jura reddit & jurisdictionem habet, & in cujus potestate sunt judicia.

Dicāctīs, f.t. [Pol. Swiekotlowość.] Dicaculus, Vide DICO, dicis.

Dicēōlōgīā, [δικαιολογία. Vng. Be feleles.] Iuris sui in medū prolatio, quū scilicet jure nostro freti, æquitatem causæ quàm brevissimè complectimur. Rutilius Lupus.

Dicax, Vide DICO, dicis.

Dichōræus, διχόρειος, Pedis genus est, ex duobus cōstans trocheis: ut Audiamus: quum scilicet prima & tertia syllabæ producuntur, secunda autem & quarta corripiuntur.

Dichōtōmōs, [חצה chatsah. διχοτομῶ. Gall. Diviser en deux parties. Ital. Partire in due parti. Ger. In zwey theil zerschnitten. Hisp. Partire en dos partes. Pol. Na dwoie rozciąwszy. Vng. Fél, kettére metszettet. Ang. Devided in two parts.] Apud nos idem est quod dimidiatus, sive per medium sectus: qualis septimo quoque die post plenum orbem Luna videtur.

Dicis, causa, Vide DICO.

Dico, as, priore correpta, act. p. Consecro, dedico. [חנך chanach קדש kiddesch. ἐγκαινίζω, ἀφιερόω. Gall. Dedier, consacrer, donner à perpetuité. Ital. Dedicare, consecrare. Ger. Zueignen / widmen. Hisp. Dedicar ò consagrar. Pol. Wierzyć oddać. Vng. Szentelök, fiátolok, dedikálok. Ang. To consecrate, to give over for ever.] Plin. lib. 12. cap. 1: Fescoq; ritu implicita tuta etiam nunc deo præcellentem arborem dicant. Cic. 1. Tuscul. Dicati Apollini cygni. ¶ Accipitur etiā pro addicere, offerre, & se totū alicui tradere. Cic. Cæl. lib. 1: Balbum quanti faciā, quamq; me ei totam dicaverim, ex ipso scies. Idem 3. de Orator. Non vidit corū ipsorum qui tum adolescentes Crassō se dicarent, horribiles miseroq; casus. Dicare se in aliquam civitatem, & Dicare se civitati, Cic. pro Corn. Balbo. ¶ Hujus verbi composita sunt Abdico, Dedico, Indico, Prædico, quæ habent pen. corr.

Dicātio, onis, f.t. Cōsecratio, addictio. [חנכה chanuchah. ἐγκαίνια, ἀφιέρωσις. Gall. Dedicament, donation spectale, addicament. Ital. Essa donare ò dedicare. Ger. Zueignung. Hisp. La dedicacion. Pol. Ofiarowanie. Vng. Szentelés, avatás, dedikálás. Ang. A vowing, a promising or consecrating.] Cic. pro Corn. Balbo: Duarum civitatum civis esse nostro jure civili nemo potest. Non esse hujus civitatis civis qui se alii civitati dicārit, potest. Neq; solùm dicatione, sed etiam postliminio potest civitatis fieri mutatio.

Dicātūrā, æ. [ἀνάθημα. Dicatio. Vng. Szentelés, avatás, dedikálás.] Plinius in præfat. Nec fiducia operis hæc est, sed dicatura: sic enim legi debet non verò indicatura.

Dico, is, priore prod. act. 1. dixi, dictum, Loquor, eloquor, verba facio, narro, orationē habeo, cōmemoro, profero. [דבר dabar. λέγω. Gall. Dire, parler. Ital. Dire, parlare. Ger. Sagen. Bel. Seggen. Hisp. Hablar, decir, arrojar, fablar, dezir. Pol. Mowić, powiedzieć. Vng. Mondani, beszélni. Ang. To say, tell, or show.] Cicer. pro Quinctio: Quid hoc iniquius dici aut commemorari potest? Apud Oratores verò Loqui, est qualiacunq; verba proferre: dicere verò, eleganter & facundè. Quinctil. lib. 10: Nam mihi ne dicere quidem videtur, nisi qui dispositè, ornatè, copiosè dicit. Cic. in Oratore: Quanquam aliud videtur oratio esse, aliud disputatio: nec idem loqui esse, quod dicere: attamen utriusq; in differendo est: disputādi ratio, & loquendi, Dialecticorum sit: Oratorum autem dicendi, & orandi. Hinc Dictio, λόγος, φράσις, vocatur oratoria & facunda oratio, licet etiam pro parte minima orationis significativa accipiatur, quam Græci λέξιν appellant. ¶ Dicere etiam, vocare, nominare est. Virg. 1. Aeneid. Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt. ¶ Quandoq; indicare. Virg. 3. Aeglog. Dic mihi Damœta, cujum pecus? an Meliboei? ¶ Quandoque denunciare. ἐπαγγέλλειν. Terent. Andr. Sed dico, ne temerè facias. ¶ Quādoq; promittere, ὑπαγγέλλειν. Pomp. in Pistoribus: Nemo certos dico quinquaginta millia. Salust. lib. 2. Histor. Eodem anno in Macedonia C. Curio in principio veris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit pecuniis distraxit. ¶ Quādoq; pro affirmare. Martial. in Amphit. Quemvis patriæ dicens esse pater. ¶ Quandoq; dicare. Virg. 6. Aeneid. Iunoni infernæ dictus sacer. ¶ Quandoq; pro significare. Terent. in Eunuch.: At neciebam id dicere illam, sit ab he. Quasi tu dicas factum id meo consilio. ¶ Quandoq; accipitur pro cantare. Virg. 3. Aeglog. Alternis dicetis, amant alternā Camœnæ. ¶ Quandoq; pro pronuntiare. Hinc ita Dicere sententiam, quum tanquam consiliarii, quid nobis videtur, pronuntiamus, ἀποφαίνεσθαι. Quinctil. Apud judices quidem secundum legem dicturos sententiā, de confessis præcipere, ridiculū est. ¶ Dicere leges aliud est quàm Ferre leges, νομοθετεῖν. Feruntur enim leges apud suos. Dicuntur autem vetari, hoc est, imperantur. Liv. Quando perinde ac victo jam sibi leges dicerentur. ¶ Dicere diem, est citare, vel in jus vocare, & diem præfigere, quo ad causam dicendam præsto sit. εἰσάγειν δίκην. Liv. 3. ab Vrbe: Quum diem Appio Virginius dixisset, Appius stipatus Patriciis juvenibus in forum descendit. Interdum etiam extra judicium dicere diem, est certum diem præfigere, constituere, sive assignare. Terent. Andr. Hic nuptias dictus est dies. Cæs. 1. bell. Gall. Diem dicunt, qua ad ripam Rhodani omnes conveniant. ¶ Dixti per syncopen, pro dixisti. Terent. Eunuch. Dixti eunuchum velle te. ¶ Dicere causam dicitur reus, quum accusationibus respondere cogitur. Liv. de bell. Macedon.: Scipio jussus dicere causam, orationem. Cæs. 1. bell. Gall. Orgentorigem ex vinculis causam dicere coēgerunt. ¶ Dicere dotem filio, vel filiæ, est promittere dotem. Terent. Heavt. Quid dotis dicam te dixisse filio? Et paulò post: Sed ita dictu opus est, si me vis salvum esse, & meum filium, Me mea omnia bona doti dixisse tibi. Cicero pro L. Flac. Doti Valeria pecuniam omnem suam dixerat. ¶ Dicere cœnam. Plaut. Stic. Fero convivam Dionysium, mihiq; Eurhi, nanq; Aedepol cœna dicta est, locus liber datus est mihi, & Tibi apud vos. ¶ Ius dicere, est magistratuum. Cic. de Provinc. consul. Emisti grandi pecunia ut tibi de pecuniis creditis jus in liberos populos, contra Senatusconsultum, & contra legem generi tui dicere liceret. Idem pro L. Flac. Qui anno antè Romæ jus dixerat. ¶ Dicere Magistrum equitum, pro creare. Liv. 5. ab Vrbe: Is sibi magistrum equitum Posthumium Ebutium

tium dicit. ¶ Dicere multam antiqui tum dicebant, quum ad populum & in comitiis multa disceptãda irrogabatur, quod ipsi Certare multa dicebant. Liv. 2. bell. Punic. lib. 5: Excitatiq; tandem duo Trib. pleb. Sp. & L. Carvilii quum rem invisam, infamemq; cernerent, ducentû millium æris multam M. Posthumio dixerunt: cujus certandæ quum dies advenisset, &c. Dicere multationem, sive multam pecoris. Plin. lib. 18. cap. 3: Multatio quoque non nisi ovium, boumq; impendio dicebatur. Varro: Sed quum ejusmodi multa pecoris armentiq; à magistratibus dicta erat, abigebantur oves bovesq;. ¶ Dicere Musam alicujus, Virgil. Aeglog. 8: Damonis Musam dicemus & Alphesibœi. ¶ Dicere nomen alicui, pro imponere. Livius 1. ab Vrbe: Brevi stirps quoq; virilis ex novo matrimonio fuit, cui Ascanium parentes dixêre nomen. ¶ Dicere repudium. Tacitus libro 3: Quirinus post dictum repudium adhuc infensus, quanvis infami, ac nocenti miserationem addiderat. ¶ Dicere sacramento dicebantur milites, quum ad jusjurandum adigebantur, Rempublicam se non deserturos. Liv. 2. bell. Punic. lib. 5: Tribuni plebis, si eis videretur, ad populum ferrent, ut qui minores decem & septem annis sacramento dixissent, iis perinde stipendia procederent, ac si viginti annorum, aut majores milites facti essent. Idem 4. ab Vrbe: Hoc decreto Cõsul armatus, quum paucis appellantibus Tribunum, collum torsisset, metu cæteri sacramento dixêre. Dicere sacramentum. Liv. 4. bell. Punic. Hodie Consules creetis, quibus sacramenta liberi nostri dicant. Horat. 2. Carm. Ode 17: -non ego perfidum dixi sacramentum. ¶ Dicere de scripto. Cic. pro Plan. Reciteturq; oratio, quæ propter ejus magnitudinem dicta de scripto est. ¶ Dicere sententiam senator dicitur, quum suam in senatu sententiam exponit. Cic. 6. Verr. Mos est Siracusis, ut si qua de re ad Senatum referatur, dicat sententiam qui velit, nominatim nemo rogatur. Cæl. Ciceroni: Consulem designatum primùm sententiam dicentem. Dicere pro sententia, idem quod dicere sententiam: sicut, Dicere testimonium, & pro testimonio. Liv. 2. bel. Maced. Et quando nemo vestrûm qui in hoc consilium convocati estis, pro sententia quicquam dicere vult, aut audet, orationes Legatorum externo die pro sententiis, dictas percenseamus. ¶ Dicere ex tempore. Plinius Epistol. 27: Dicit semper ex tempore, sed tanquam diu scripserit. Quintil. lib. 6. cap. 3. ¶ Dicere testimonium, & testimonia, est testificari & probare. Cicero ad Quintum Fratrem lib. 3: Quum testimonium secundum fineis & religionem gravissimè dixissem. Idem pro Sylla: Qui in illum testimonia gravia dixerunt. ¶ Dicere pro testimonio, quod nunc dicimus *Deponere*. Cic. 7. Verr. Dicetis pro testimonio de missione nautarum, de fame, *&c.* Dicere ad voluntatem alicujus, est assentari, adulari. Cicero de Amicitia: Semper auget assentatio id quod is, cujus ad voluntatem dicitur, vult esse magnum. ¶ Dicere salutem alicui. Cicero Attico lib. 5: Cicero meus puer tibi salutem dicit. Plautus Curculione: Veneri verbis meis salutem dicito. ¶ Dicitur, impersonale. Cicero 3. de Natura deorum: Quartus in quem heroicis temporibus Acantho Rhodi peperisse dicitur. ¶ Vt dicitur, Cicero 3. de Oratore: Quanvis sphæram in scenam (ut dicitur) attulerit Ennius: tamen in sphæra fornicis similitudo non potest inesse. ¶ Diceret, pro dicere posset. Terentius Andria: Nec satis ad objurgandum causæ, diceret, Quid feci, quid commerui, aut peccavi pater? ¶ Dicere volui, correctionis genus est, quum quis in loquendo lapsus est, ac verbum unum pro altero protulit. Plautus Milite: Sorbet dormiens. PA. Qui sorbet? V. Illud, stertit volui dicere. ¶ Dicassis, pro dicas: Dice pro dic, apud Comicos frequẽtia. Plaut. Curculione: Haud in me malè mea dicantem malè dicassis. Idem Ruden. Tu siquid opus est, dice. ¶ Hujus verbi composita sunt, Addico, Antedico, Contradico, Edico, Indico, Interdico, Prædico, quæ habent penultimam productam.

Dictum, n. s. & nomen esse potest. [אמר *émer* אמר *ómer, ῥῆμα, λόγος.* Gall. *Vn mot, vne parole, vn dire.* Ital. *Parola, motto, detto.* Ger. Ein Wort/ein Red. Bel. Een Woort/eft prueck. Hisp. *El dicho.* Pol. *Mowa, powiesc.* Vng. *Mondás.* Ang. *A worde, a saying.*] & participium, *ῥηθείς.* Terentius utrunq; complexus est quum dixit: Nullum est jam dictum quod non dictum sit priùs: nam prius est nomen, secundum participium. Dictum nomen accipitur pro quovis sermone. Plaut. Cistel. Pergo illò, subagito blandis prius & benedicis dictis. Idem Asin. -an tu tibi verba blanda esse aurum rere? dicta docta prodaris? Ovid 13. Metamorph. -neq; abest facundis gratia dictis. ¶ Vernile dictum: hoc est, scurrile, & procax. Tacit lib. 18: Vernile dictum omnẽ invidiam in eum vertit. ¶ Dicto audiens: hoc est, obediens. Quintil. lib. 3. cap. 6 Minus dicto audientem filium licet abdicare. Cicer 6. Ver. Quæsivi an misisset: respondit id quod necesse erat, scilicet dicto audientem fuisse Pretori. ¶ Dictis aliquem aggredi. Virg. 4. Aeneid. Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. ¶ Et quanvis Dicta generaliter de quovis sermone dicantur, apud veteres tamen pro facetiis & jocis poni solent. *ἀποφθέγματα.* Cic. lib. 2. ad Attic. Itaq; nostri, quum omnia dixissemus dicta, essentq; facetè & breviter & accuratè jocati, ea proprio nomine appellari dicta voluerũt. Terent. Evnuch. Facetè, lepidè, lautè, nihil suprà: Tuum obsecrõne hoc dictum erat? Vbi Donatus: Dictum id, quod proverbium, sive adagiũ quod facetis hominibus adscribitur.

Dictūrĭo, ris, pen. corr. n. q. verbum desyderativum: ac *ἐρεῖν.* Dicere cupio, sive dicere molior. [*λεξείω.* Pol. *Swiekocz.* Vng. *Mondani, szolani kemdnok.*] Macrob. Satur. lib. 7. cap. 3: Sed perge, Aviene, ne ultra te dicturientem retardem. Idem lib. 7. cap. 1: Quid duces & milites, qui fortiter à se facta semper dicturiunt.

Dictĭo, f. t. Oratio, dicendi genus, actio. [אמירה *imráh* דברה *dabberáh* מאמר *maamár. λέξις.* Gall. *Parole, mot.* Ital. *Voce.* Ger. Ein Wort. Bel. Een Woort. Hisp. *Vna palabra.* Pol. *Slowo.* Vng. *Beszéd, szollás, mondás, ige.* Ang. *A word.*] Dictio testimonii: id est, jus testimonii dicendi. Terent. in Phorm. Servum orare causam leges non sinunt, neq; ei testimonii dictio est. ¶ Sententiæ dictio, Cic. 2. de Invent. Aliud enim laus, aliud vituperatio, aliud sententiæ dictio, aliud accusatio, aliud recusatio conficere debet. ¶ Item pro facunda & oratoria oratione. [*Φράσις.* Gall. *Oraison, raisonnement.* Ital. *Ragionamento.* Ger. Ein wolgesetzte Red/Ein gewohnlicher brauch zu redẽ. Hisp. *Razonamiento.*] Cic. 2. Tusc. Itaq; quum ante meridiem dictioni operã dedissemus. Idem de Clar. Orat. Malim mihi L. Crassi unam pro M. Curio dictionem, quàm castellanos triumphos duos. ¶ Dictio, pro oraculo. Liv. 8. ab Vrb. Accito ab Tarentinis in Italiã data dictio erat, caveret Acherusiam aquam, Pandosiamq; urbem: ibi fatis ejus terminum dari.

Dĭcax, om. t. Qui dictis abundat, qui facetè & acutè dicta jacit. [מצחק *metsachek* עליז *malhib. γελωτοποιός, φιλοσκώμμων.* Gall. *Mocqueur, iaseur, railleur.* Ital. *Dicace, maldicente.* Germ. Schwetzig/spenig/schimpflich/spöttisch. Bel. Schimpachtich. Hisp. *Dezidor y parlero demasiado.* Pol. *Ten ktori wielamicze Zarty mowy.* Vng. *Tréfágo tréfás.* Ang. *That speaketh much, a prater, a babler.*] Quintil. lib. 6. cap. 4: Demosthenem urbanum fuisse dicunt, dicacem negant. Cic. 2. de Orato. Quod est hominibus facetis & dicacibus facillimum. Idem pro Cæl. Quàm volent in conviviis faceti, dicaces, nonnunquam etiam ad vinum diserti sint.

Dĭcācŭlus, *σκωπτικός*, Aristophani, & *στωμύλος*, & Dicacula, diminutiva sunt. [Pol. *Smieskie.* Vng. *Tréfágoska.* Ang. *A prater, a babler.*] Plaut. in Asin. Satis dicacula es amatrix.

Dĭcācĭtas, Est sermo, cum risu alios incessans, inquit Quintil. libro 6 cap. 4. [צחוק *tsechok* לעג *lahagh* שנינה *schenináh* משל *maschál. φιλοσκωμμία.* Gall. *Propos qui rencontre, mocqueries facetieuses, iaserie, brocarderie.* Ital. *Cianciamento.* Ger. Spottred/spotung/schwetzung. Hisp. *Demasiada parleria.* Pol. *Szydzbiotanie, birkotanie;* Vng. *Tréfogás, tréfálás.* Ang. *Pratling, chatting.*] Cicer. in Orat. Huic generi orationis aspergentur etiam sales, qui in dicendo mirum quantum valent: quorum duo genera sunt, unum facetiarum, alterum dicacitatis. Idem 2. de Orat. Scurrilis oratori dicacitas magnopere fugienda est.

Dictĭōsus, idem quod dicax. [Vng. *Tréfages.*] Varro lib. 5. de Ling. Lat. Hinc appellatum, *inquit*, in mimo dictum, & dictiosus.

Dicto, as, frequentativum à verbo Dico: quod tamen à primitivi significatione nonnihil recedit. Est enim Dictare, aliquid tractim pronũtiare, ut calamo excipi possit. [*ὑπαγορεύω, ὑπαγορεύειν.* Gall. *Nommer & dicter à vn autre qui escrit.* Ital. *Dettare.* Germ. Angeben oder Vorsieben auffschreiben. Bel. Voorlesen dat jemant opschrijft. Hisp. *Dezir lo que otro escriue.* Pol. *Leko mowiac do pissania podaie.* Vng. *Mondogatoua, beszéldegélni, pronunciálni.* Ang. *To tell an other what sold be written, to endite.*] ¶ Accipitur etiam dictare, pro suggerere: ut, Ratio dictat: hoc est, suggerit, *ὑφηγεῖται, ὑπαγορεύει.* Plin. in Epist. O' sylva, ô litus, quàm multa componitis, quàm multa dictatis. Boëthius: Ecce mihi laceræ dictant scribenda Camœnæ. Camœnæ enim litus, ac solitudo tacitè suggerunt nobis quod scribamus, quemadmodum ratio, & nõnunquam indignatio dictat: quod etiam annotavit Valla in Raudensem. Plin. lib. 26. cap. 4: Igitur demonstratarum priore libro herbarum reliquos effectus dicemus, adjiciemusq; quas ratio dictaverit. ¶ Dictare, pro edicere, seu polliceri. Quintil. lib. 11. cap. ult. Aut cum sodalibus jocantur, aut nonnunquam ad librarios suos ita respiciunt, ut sportulam dictare videantur. ¶ Dictare actionem sive judicium, apud Iurisconsultos significat actionem adversario voce edere, quum actor adversario quam actionem intenturus sit denuntiat.

Dictātă, n. s. Dicuntur veluti themata atq; præscripta quæ magister ludi pueris præbere consuevit. [Gall. *Ce que le maistre donne à escrire à ses disciples.* Ital. *Quello che il maestro da in nota à i suoi discepoli.* Ger. Das ein Schulmeister seinen Lehrjüngeren auffzuschreiben angegeben hat. Hisp. *La lection que se da al discipulo para escrivirla.*

efeitiarla. Pol. Rzeczktora powieda mistrz do pisania sczolen wcyniom. Vng Az mit az mester tanitvanyinak beszelget es magyaraz (anaz) Nyelveßet. Ang. That which the maister endited, to his schollers.] Cicer. ad Attic 13: Non modò Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere. Horat. Sic iterat voces & verba cadentia tollit, Vt puerum sævo credas dictata magistro. ❡ Nec in literis tantùm, sed in aliis quoq; artibus dictata dicuntur. Iuven. peragis dictata magistri Omnia. Suet. in Cæsa. Vt disciplinam singulorum susciperent, ipsiq; dictata exercentibus darent. Vbi per dictata gladiatoria præcepta, documentaq; significantur. Dictata autem dicuntur hujusmodi themata, quoniam, quæ docemus, inculcamus, ut penitùs excipiantur & edificantur.

Dictatio, nis, dictata. [Pol. Powiedanie. Vng. Magyarázat, olvasás, nyelvezés, nyelvezet.] Paulus D.L.29. Tit. 1. lib. 90: Lucius Titius miles notario suo testamentum scribendum notis dictavit & antequam literis prescriberetur, vita defunctus est. Quæro an hæc dictatio valere possit.

Dictator, m.t. δικτάτωρ, ἀυτοκράτωρ, ἐπιγραφεὺς τῶν λεγομένων, Apud Romanos summus erat magistratus, qui periculosissimis reipub. temporibus a consule de nocte captis auspiciis dici solebat, unde & Dictator dictus est: Et quia cæteris omnibus magistratibus, præterquam Tribunos plebis, cessantibus, Dictatoris summa potestas erat in populum, is quoq; Magister populi appellatus est, ut scribit Varr. Cic. 3. de Finib. Rectius magister populi (is enim est Dictator) quàm Sylla. Erat autem extraordinarius magistrates habens jus animadvertendi in cujuscunq; civis Romani caput, nec ab eo provocandi jus erat: nec alio pacto creari solebat quàm quum vis aliqua major repente oborta ingentem urbi cladem minitari videretur. Dicebatur autem Dictator à Consule, qui deinde Magistrum equitum dicebat Liv. lib. 9 ab Vrbe: Fabius L. Papyrium Dictatorem dixit. Iuven. Sat. 8. Famosos equitum cum Dictatore magistros.

Dictatūr, [Vng. Emény.] cujus in urbe Roma summum jus, ac planè regia potestas fuit, lege lata, ut opinor, T. Lartio Flavo 11. Qu. Clœlio coss. sine provocatione creatus, & de consularibus lectus. Porrò, quum de consularibus eum legi lex juberet, sequebatur, ut de patriciis crearetur: consules enim tunc, & per annos deinde multos, patricii fuerunt: nec prius de patriciis legi dictator desiit, quàm creari duo consules patricii desierunt: non enim consul patricius dictatorem unquã de plebe dixisset: itaq; qui primus de plebe dictator fuit, C. Marcius Rutilus, is à M. Popilio Lænate cõsule plebeio dictus est: ita communicata plebi dictatura, anno ab urbe condita CCCIC. idq; contra veterem consuetudinem, nõ tamen contra legem factum est: nõ enim lex dictatorem de plebe fieri vetuerat, sed de consularibus jusserat: et C. Marcius consularis: satisfecit igitur legi Popilius, quum consularem hominem dictatorem dixit: patriciis non satisfecit, quia cõsularem de plebe dixit: quum omnes antea de patriciis dici consuevissent. Eadem fortasse lege sancitum est, (legem certè, quæ hoc sanxerit, nominat Plutarchus in Fabio) ne dictator equo posset uti, idq; vel ob eam causam, quòd, quum plus inesse roboris in pedestribus copiis putaretur, propterea in legione permanere, nec locum deserere deberet imperator, vel quòd, quũ ad alia omnia dictatoris esset singularis potestas, in hoc uno voluerunt eum populo inferiorem videri. Senatus tamen petenti Fabio Maximo Verrucoso contra veterem legem concessit, ut equo vehi posset, datumq; id hominis virtuti, ac tempori, quum cæsis ad Cannas Romanis, in uno Fabio, dictatore creato, melioris fortunæ spes reposita videretur. Dictaturæ spatium semestre fuisse, nec longius esse per leges potuisse satis constat: duo tamen, propriam potentiam legibus ac libertati anteponentes, L. Sylla, & C. Cæsar, uterq; patricius, perpetuam dictaturam armis invasère: verùm Sylla modestior: dictaturam enim sponte deposuit, solusq;, aut cum paucis comitibus in publico versari solitus est: cumque à quodam ingenii satis liberi adolescente conviciis acerbissimis vexatum historiæ prodant, Syllamq; tum dixisse: Hic adolescens nequis unquam posthac in deponenda dictatura me imitetur, efficiet: Cæsar etiam illud sæpè in ore habuit: Sylla nescivit literas, quum ejus inscitiam imprudentiamq; in omittenda dictatura notaret. Ex Aldi libro de legibus Romanis.

Dictatrix, icis, f.t. quæ dicit agẽda, præcipit & imperat. [Vng. Parancsolo aßßony.] Plaut. Persa: Tu hic eris dictatrix nobis.

Dictatorius, a, um, [ὁ τῶ δικτάτωρος. Vng. Emény lebz valo, emények.] Quod ad dictatorem pertinet, seu quod est Dictatoris. Liv. 6. ab Vrbe: Postremò dictatorium fulmen in se intentatũ. Dictatorius gladius, Cic. pro Cluent. Dictatorius juvenis. Dictatore patre natus, Liv. 1. Deca. lib. 7.

Dictatura, f.p. Dictatoris dignitas. [δικτάτωρος ἀρχή. Vng. Eménység.] Plutarch. ἀνύπευθυνος τῆς δικτατορικῆς ἀρχῆς. Livius: Dictaturæ semper altius fastigium fuit: Nam à Dictatoribus non erat jus provocandi, quibus etiam animadversio capitis data est. Dictaturã gerere. Cic. 2. Offic. Quòd is paucos sibi dixit ad Dictaturam gerendam addidisset.

Dictito, as, pen. corr. à dicto, secundum à dico frequentativũ, Passim & frequenter dico. [שׁבּן shibenen. συχνὰ ἢ πολλάκις λέγω. Gall. Souvent, ou en plusieurs lieux, dire ou raconter quelque chose. Ital. Dire spesso. Ger. Offt sagen/sagen eins sagens. Hisp. Decir a menudo. Pol. Vstawicznie mowie. Vng. Beszelgetem, mondogatom. Ang. To endite often and in sondrie places.] Cic. 5. Verr. Vt hoc jam palam dictitent. Idem ad Lentul. Quem post reditum dictitant fracto animo & demisso fuisse. Idem 3. Officior. Dictitabat se hortulos aliquos emere velle.

Dicteria, orum, n.t. Dicta falsa & acuta, & quodam quasi aculeo pungentia. [שׁנינה shẽninah. σκώμματα. Gall. Paroles de moquerie. Ital. Motti che pongono, motti piccanti. Ger. Spottwort schmuchwort/Schmachwort. Hisp. Donayre motejando. Pol. Słowka uszczypliwe. Vng. Tréfa, gunyolo beßed. Ang. Merie quippes and tauntes.] Mart. Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes. Varro: ἄνευ ψαλτηρίου, Quã mobile neq; otio psalterii tamen psalterii quibus sonãt in Græcia dicteria. ❡ Dicteria penultimã jacta Prisci Mæsonica vocabãt, σκώμματα μαισωνικά, à Masone quodam histrione comœdiarum Megarensi.

Dicis causa, Vario locutionem antiquam esse scribit, & ab eadẽ origine deductam ut verbum dico, fortasis à recto Dex, dicis, ex Dico: item ut Iudex, judicis, à Iudico, & Index, indicis, ab Indico. Nam si juncto verbo, autore Varrone, Iudex dicitur qui jus dicit, verisimile est voce simplici similiter eum qui dicit, Dicem appellatum. Dicis autem causa id fieri dicimus, quod nulla alia de causa fit, quam ut factum esse dicatur. Cajus l. 4. D. Commodati. Sæpè enim, inquit, ad hoc commodantur pecuniæ, ut dicis gratia numerationis loco intercedant. Vlpian. in l. 1. D. ad S. Syll. Excusantur servi qui auxilium tulerunt sine dolo malo. Nam si finxerit quis auxilium ferre, vel dicis gratia tulit, nihil hoc commentum illi proderit. Hæc omnia ex Lexico Hotomani.

Dictamnum, n. f. sive Dictamnus. [δίκταμνος. Dioscorid. Gall. Vne herbe appelee dictam, ou gingembre de jardin. Ital. Dittamo. Ger. Ein kraut diß nammens / etlich sagen es seye ein gattung des wilden polei. Hisp. El dictamo yerua conocida. Pol. Dyptam ziele w ogrodzie. Vng. Dipsamos.] Herba est in Creta præcipuè nascens, acris, lævis, pulegio similis, sed majoribus foliis, quæ tomento quodam, spissaq; lanugine pubescunt. Florem nullum aut semen profert. Produnt in Creta capras sagittis percussas, hujus herbæ pastu eas excutere. Virg. 12. Aeneid. Dictamnum genitrix Cretea carpit ab Ida, Puberibus caulem foliis & flore comantem, Purpureo: non illa feris incognita capris Gramina, quum tergo volucres hæsère sagittæ. Cicer. 1 de Natur. deor. Capras auditum in Creta feras: quum essent confixæ venenatis sagittis herbam quærere, quæ dictamnus vocatur: quam quum gustavissent, sagittas excidere dicunt è corpore.

Dictator, m.t. Dictatura, Vide DICO, dicis.

Dicterium, Dictio, Dictito, Dicto, Dictum, Vide DICO.

Dicrotum, pen. corr. n. f. δίκροτον. Latinè dicitur biremis, quæ duobus tantum remorum ordinibus regitur, à prora scilicet & à puppi. [Ger. Ein Meerschiff das auff jedem band zwo Ruder hat. Ang. A galey that hath twoo oares in a seate.] Iulius Pollux lib. 1: Dicrota sunt naves quæ duobus gubernaculis pariter à prora reguntur & puppi. Cicer. Attic. lib. 5: ἄφρακτον Rhodiorum, & dicrotum Mitylenæorum habebam, & aliud catascopion. Idem libro 16: Nam & ipse Dominus bona planè habet dicrota. ❡ Dicroton item medici vocant pulsus quoddam genus in arteriis, à geminato percussu. Galenus in tractatu de Pulsibus.

Dictyota. [δικτυωτά. Vng. Tenyir csipkes es fedele alkotmány.] Opera quæ nostri reticulata vocant, ita dicta quòd in hoc ædificii genere tessellæ, macularum quæ in reti conspiciuntur, similitudinem referant: δίκτυα enim Græci vocant retia. Plinius lib. 36. cap. 22: Dictyoton vocat reticulatam structuram, quam frequentissimè Romæ struunt timis opportunam. Vbi tamen in vulgatis codicibus legitur Dictyotheton.

Didascalia, f.p. [לקח lekach. διδασκαλία. Gall. Doctrine. Ital. Dottrina. Ger. Die lehr/unterweisung. Hisp. Doctrina o enseñança. Pol. Pokazowanie nauky. Vng. Tanulság, tudomány. Ang. Doctrine.] Latinè doctrina, sive eruditio, ἀπὸ τοῦ διδάσκειν, quod est docere sive instruere. Cal. Cicer. lib. 7: Genere tamen quod ad nos pertineat, & διδασκαλίαν quandam, ut versetur inter manus habeat.

Didascalus, m. f. [מורה moreh. מלמד melammed. διδάσκαλος. Gall. Docteur, maistre. Ital. Maestro. Ger. Ein lehrer/Vnterweiser/Lehrmeister. Hisp. Maestro que enseña. Pol. Nauczyciel, mistrz. Vng. Mester, tanito. Ang. A maister or teacher.] Nobis præceptorem sonat, ἀπὸ τοῦ διδάσκειν: hoc est, à docendo.

Dido, didis, dididi, diditum, Distribuo, divido. [פלג chalak. διανέμω.]

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

διαμερίζω. Gall. Bailler, distribuer, departir. Ital. Distribuire, dividere. Ger. Austheilen. Hisp. Partir en partes, repartir. Pol. Rozdzielam. Vng. Elosztom. Ang. To distribute and give.] Dictumq; videtur dido, quasi divido, ablata media syllaba. Horat. 2. Serm. Sat. 2: Albuti senis exemplo dũ munia didit id est, dividit. Frequenter accipitur pro divulgo, sive dispergo. Virg. 7. Aeneid. Diditur hic subitò Trojana per agmina rumor. Idem 8. Aen. Cognatiq; patres, tua terris didita fama. Est autem hoc verbũ Lucretio in primis familiare.

Didōrōn, pen. prod. [δίδωρον. Gall. De deux palmes. Ital. Di due palmi. Ger. Zweyer hand breit/oder lang. Hisp. De dos palmos. Pol. Nadwie dl oni szroky. Vng. Ket tenérm. Ang. Of two hand broad.] Quod est duorum palmorum: unde lateris quoddam genus sesquipedali longitudine, Plin. didoron appellat, à longitudine nimirum duorum palmorum majorum, quorum singuli valent palmos minores tres: hoc est, digitos duodecim. Verba Plinii sunt hæc ex lib. 35. cap. 14: Genera laterum tria: didoron quo utimur, longum sesquipede, latum pede. Alterum tetradoron. Tertium pentadoron. Greci enim antiqui doron palmum vocabant: & ideo dora, munera: quia manu darentur. Ergò à quatuor & quinque palmis, prout sunt, nominantur. Hæc ille.

Didrāchmum, n. f. δίδραχμον, Numus est duas drachmas continens, ut refert Bud. in lib. de asse.

Didūco, is, pen. prod. act. t. In diversas partes & diversa loca duco, distraho, dirimo. [פזר naphàts. διάγω, διαχωρίζω. Gal. Desjoindre, separer, & faire aller une part cà & l'autre là. Ital. Dipartire, guidare in diversi parti. Ger. Zerziehen: von einander thun. Bel. Verscheyden/bedm. Hisp. Partir en partes diversas. Pol. Rozdzielã, rozdzielam. Vng. Ket fele voitom. Ang. To conueighe to sundrie partes and places, to disioyne and separat.] Cæs. 6. bell. Gall. Dimittendæ plures manus, diducendiq; erant milites. Colum. lib. 6. de bobus domandis: Post hæc deductis malis educito linguam. Idem libro 4: Validam vitem in ramos diducere censeo. Pers. Quumq; iter ambiguum est, & vitæ nescius error, Diducit trepidas ramosa in compita mentes. Virgil. lib. 1. Georg. quiq; paludis Collectum humorem bibula diducit arena. Propert. Non ego complexus potui diducere vestros.

Didymus, [תאום teòm. δίδυμος. Ger. Zwyling. Pol. Dwoiśli. Vng. Ketb.] Latinè geminus dicitur. Quo nomine vir Alexandrinus dictus est, qui licet ab ineunte pueritia oculis captus foret, divinas tamen literas optimè callebat, & inter Ecclesiasticos scriptores illustris fuit: quumq; propter cæcitatem etiam elementorum ignarus esset, Geometriam tamen, quæ vel maximè visu indiget, perfectissimè tenuit. Autor Hieronymus. ¶ Fuit & alter Didymus Alexandrinus salsamentarii filius, quo nemo (ut Quint. inquit) plura scripsit. Grammaticus fuit, & ad Augusti tempora pervenit: ob assiduam circa libros moram, χαλκέντερος, appellatus: nam ad tria millia librorum & quingentos scripsisse dicitur. ¶ Fuit & alius Grammaticus Alexandrinus, qui Romæ docuit. ¶ Alius item Poëta qui Georgica scripsit. ¶ Alius præterea philosophus Academicus.

Dies, [יום jòm. ἡμέρα. Gall. Iour. Ital. Il giorno. Ger. Ein tag. Bel. Een dach. Hisp. El dia. Pol. Dzień. Vng. Nap. Ang. A day.] Tam masculini quàm fœminini generis est in numero singulari: pluali verò tantùm masculinum. Illud tamen interest, quod dies in fœminino genere denotat tempus indeterminatum: & ideò diminutivum ejus est diecula, quod significat breve tempus & moram. Dies verò quum tempus significat vigintiquatuor horarum, vel etiam spatium illud ab oriente Sole ad Solem occidentẽ, generis masculini est: nã illud tẽpus est determinatũ. Sic diem hesternum, & diem hodiernum, potiùs dicimus quàm hesternam, vel hodiernam. Contrà, pro tempore incerto dicimus longa dies, pro longo tempore, non autem longus dies. Iuvenalis: Longa dies igitur quid contulit? id est, longum tempus. Virgil. 11. Aeneidos: Multa dies, variusq; labor mutabilis ævi Rettulit in melius. Iurisconsulti item bima, trima, quadrima die usurpant pro tempore biennii, triennii, quadriennii. Sed confunditur quandoq; hæc differentia. Virgil. 2. Aeneid. Iamq; dies infanda aderat. Cicero ad Quintum fratrem: In qua primum erat, quòd antiquior dies in tuis fuisset adscripta literis quàm in Cæsaris. Plin. lib. 13. cap. 24: Mirum quòd eadem die germinat, qua injectum est. ¶ Dies qui civilis dici solet, à media scilicet nocte in sequentem (ut Macrob. lib. 1. cap. 3. tradit) ita dividitur. Primùm diei tempus dicitur mediæ noctis inclinatio. Deinde gallicinium, sive galli cantus, ἀλεκτρυοφωνία, quòd tum galli cantent. Inde conticinium, ἀωρὶ νύξ, quum & galli conticescunt, & homines quiescunt. Deinde Diluculum, quum incipit dignosci dies. ἀρχὴ. Inde manè, quum dies est clarus, πρωΐ. Inde meridies, diei medium. ἡ μεσημβρία, μεσότης ἡμέρας. Inde jam suprà vocatur occiduum tempus, δείλη: quod & serum diei vocatur: ὀψὲ: & mox suprema tempestas: hoc est, diei novissimum tempus: sicut est expressum in duodecim tabulis, Solis occasus suprema tempestas esto. Deinde Vespera, seu Vesper, ἑσπέρα, à stella quam Græci ἕσπερος, Plaut. Vesperuginem. Ennius Vesperum, Martialis Phosphorum, Virgil. Hesperon appellant. Inde crepusculum vespertinum, δειλὴ ὀψία, dictum à crepero, quod dubium significat, tanquam lux dubia, quòd incertum sit, id tempus noctis an diei existat. Ab hoc tempore prima fax noctis, quòd tùm primum faces: hoc est, lumina inferri incipiant. περὶ λύχνων ἁφάς. Deinde nox concubia, à cubando: deinde intempesta quæ non habet idoneum tempus rebus agendis. In has partes distribuebant diem, qui constat ex vigintiquatuor horis, & lucem tenebrasq; continet: eumq; diem, civilem vocabant, quòd in aliis atq; aliis civitatibus & regionibus alio atq; alio modo observaretur. Athenienses enim diem civilem auspicabantur à Sole occidente, ad Solem iterum occid. Item: Babylonii ab ortu Solis ad Solem secundò exorientem: Vmbri à meridie ad meridiem subsequentem. Romani autem à media nocte ad mediam noctem: quorum à nobis quoque consuetudo observatur, adeò ut siquid ante mediam noctem gestum sit, id præcedenti diei ascribatur, quòd à media nocte, subsequenti diei annumeretur. ¶ Interdum diem dicimus, ut solam lucem intelligamus: tenebras verò sub noctis nomine. Virgil. 6. Aeneid. Noctes atq; dies patet atri janua Ditis. ¶ Est & dies naturalis ab ortu ad occasum Solis. ¶ Dies totius anni ex institutione Numæ aut festi erant, aut profesti, aut intercisi. Festi dies aut sacrificiorum, aut epularum, aut ludorum causa fuerunt instituti. Profesti autem dividuntur in fastos, comitiales, comperendinos, statos, præliares. Intercisi verò dicebantur, qui & humanis & divinis negotiis erant communes. Erant & atri dies, de quibus locis suis. ¶ Hujus nominis genitivus est diei, dii, dies, & die. Cicer. pro Sex. Equites non daturos illius dies pœnas. Virgil. 1. Georg. Libra dies somniq; pares ubi fecerit horas. Idem 1. Aeneid. Munera, lętitiamq; dii. Sal. in Iug. Vix decima parte die, pro diei. ¶ Die crastini, die septimi: pro die crastino & septimo. Plaut. Most. Hanc rem die crastini quum herus resciverit. Idem Menæh. Nam ibi mercatum dixit esse die septimi. Vide Macrob. 1. Sat. cap. 2: Diequinti, dieproximi, diepristini: pro quinto, proximo, & pristino. Vide Gell. lib. 10. cap. 24. ¶ Derivativa & composita à dies, sunt hodie, quotidie, pridie, meridies, nudiustertius, nudiusquartus, diarium, æquidiale, æquidium, diluculum, & perdius. ¶ Dies qui hebdomadem constituunt, à septem Planetis cognominati sunt. Primus septimanę dies à Sole, dies Solis, sive Phœbi dicitur, ἡλίου ἡμέρα, ἀργία, κυριακή. Secũdus à Luna, Lunę, σελήνης. Tertius à Marte, Martis, ἄρεως. Quartus à Mercurio, Mercurii, ἑρμοῦ. Quintus à Iove, Iovis, διός. Sextus à Venere, Veneris, ἀφροδίτης. Septimus à Saturno, Saturni, κρόνου. ¶ Dies critici, sive crisimi. κρίσιμοι ἡμέραι, à medicis dicuntur judiciarii, in quibus. scilicet de ægritudine ferri judicium potest. Vide suprà Crisimi dies. ¶ Per antiquum diem. διὰ παλαιᾶς ἡμέρας, proverbialiter olim de re admodum obsoleta priscaq;. Refertur à Diogeniano. Finitimũ illi, Magno Platonis anno. ¶ Ipsa dies quandoq; parens, quandoq; noverca est, ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ. Versus est Hesiodi, quo significatum est, non omni die bene esse posse, sed isto bene, atq; alio malè. Inde translatum, quòd matres bene volunt liberis, novercę oderunt privignos. ¶ In diem vivere, est præsentibus rebus contentum vivere, atq; ex parato, minimè solicitum de futuris. Quæ vita Græcis dicitur ἐφημέριος βίος: & ἐφημερεύειν, qui ad eum vivunt modum. ¶ Diei civilis divisionem à Romanis observatum, lege in scholiis Beroald. super Apul. As. aure. fol. 35.

Diēcŭlă, diminutivum à die, gen. fœm. quod ferè pro exigua temporis mora accipitur. [ἡμεράδιον. Gall. Vn petit iour, vn iour seulement, vn petit de temps. Ital. Picciol spacio di tempo. Ger. Ein zeitlein. Hisp. Pequeño espacio de tiempo. Pol. Dzionek. Vng. Napotska. Ang. A short day, one day only, a litle while.] Terent. in And. Non satis habes quòd dieculam addotid est, aliquam temporis dilationem. Asconius Pedianus in 2. Orat. in Verrem: Diminutivè diecula dicitur.

Dĭēscĭt, n. t. Dies fit. [ἡμέρα γίνεται. Gall. Il se fait iour. Ital. Si fa giorno. Ger. Es taget/es wird tag. Hisp. Ya viene el dia. Pol. Dnieie. Vng. Meg virrad. Ang. It waxeth day.] Sicut noctescit, nox fit, quibus solùm utimur in tertiis personis absolutè & impersonaliter.

Dĭēspĭtĕr, diespitris, Diei pater, Ζεύς, Ζῆν. Id est, Iupiter: sicut Dijovis, quasi die juvans, quòd homines die & luce quasi vita ipsa juvaret. Horat. lib. 1. Carm. Namq; diespiter Igni corusco nubila dividens. Macrob. Ipsi quoq; Romani diespitrem Iovem appellant.

Dĭēquārtī, & Diequartè, pro diequarto. Diequinti & diequintè, pro diequinto. Diepristini vel pristinè, pro diepristino, quod nos converso compositionis ordine dicimus pridie. Diecrastini, pro die crastino, & alia multa. Videntur autem veteres differentiam fecisse inter diequarto & diequartè: ut illud, pro

lud, pro præterito sit, quod nos nudiusquartus dicimus: hoc de futuro. Vide Macrob. Satur. libro 1, & Gell. lib. 10. cap. 24. Sunt autem hæc omnia composita, & pro adverbiis accipiuntur.

Dierecti, teste Nonio, à die vocati sunt crucifixi, quasi ad diem erecti. Festus scribit dierectum per antiphrasin dici apud veteres, volentes significare malum diem. Vnde Dierectà adverbial. dicimus. Plaut. Quin tu i dierectà cũ succula & cum porculis. Dierectà (inquit) quasi in malam diem. Vnde proverbialiter: In dierectum jubemus ire, quibus precamur exitium.

Diūrno, n. p. Diu vivo, teste Nonio. [Gal. Vivre longuement. Ital. Viver lungo tempo. Ger. Lang leben. Hisp. Durar mucho tiempo. Pol. Dlugo zyie. Vng. Sokat élék. Ang. To live long.] Est autem verbũ à die deductum, sicut perennare ab anno.

Diūrnŭs, a, um, à die fit, sicut nocturnus à nocte, Quod ad diẽ pertinet, quod die fit. [ἡμερινός. Gall. De iour, ou d'un iour. Ital. Diurno, di giorno. Germ. Tæglich. Hisp. Cosa del dia. Pol. Dzienny. Vng. Nappali. Ang. Belonging to the day.] Cicer. de Senect. An censes (ut de me ipso aliquid more senum glorier) me tantos labores diurnos, nocturnosq; domi, militiæq; suscepturum fuisse, &c. Plaut. in Menæch. Inde usq; ad diurnam stellam crastinam potabimus.

Diūrnum, ni, n. s. Liber continens acta singulorum dierum, diarium. [ἐφημερίς. Gall. Papier iournal. Ital. Giornale. Germ. Tagbuch / ein Buch in welches man verzeichnet / was auff ein jeden tag geschicht. Hisp. Historia que procede de dia en dia. Pol. Ksiega do ktorej spisuia kazdego dnia pilnosci. Vng. [illegible], az kibennis [illegible]. Ang. A booke conteining the actes of euerie day.] Iuven. longi relegit transacta diurni. Aliàs Diurnum accipitur pro victu atq; mercede unius diei. Seneca: Diurnum accipit, in centunculo dormit. Idem lib. 2. Controv. Consors modò omnis fortunæ diurnum petam.

Diūtinŭs, a, um, pen. corr. Longus, diuturnus. [ארוך aruch. πολυχρόνιος, χρόνιος. Gal. Qui dure long temps, de durée. Ital. Lungo, continuo. Ger. Langwirig. Hisp. Cosa de mucho tiempo. Pol. Dlugi. Vng. Hoszszu ideig. Ang. That indureth long.] Cic. lib. 10. Epist. Libertatis desiderio, tædioq; diutinæ servitutis. Sic Cæsar, Diutinus labor. & Livius, Diutinum bellum.

Diūtinē, adverb. idem quod diu. [δηρόν, πολὺν χρόνον. Gall. Long temps, longuement. Ital. Longamente, di giorno. Ger. Langzeit / langwirigklich. Hisp. Luengo tiempo ò en luengo tiempo. Pol. Dlugo. Vng. Sokáig. Ang. A great while, a long tyme.] Plaut. in Ruden. Ille qui consulte, doctè, atq; astutè cavet, Diutinè uti benè licet partum bene.

Diūscŭlē, pen. corr. diminut. à Diu, significat aliquandiu. [ἐπ' ὀλίγον. Gall. Quelque temps, assez long temps, non pas trop. Ital. Vn pochetto di tempo. Ger. Langsam / ziemlich lang. Hisp. Poco tiempo, o en poco tiempo. Pol. Przydl uszym. Vng. Egy ideig. Ang. A little while.] Gellius: Quum diuscule tacitus cogitando fuissem. Apul. in Flor. At non itidem major meus Socrates, qui quum decorum adulescentem & diuscule tacentem conspicatus foret, &c.

Diūtiŭs, comparativum ab adverbio diu. [χρονιώτερον, μακρότερον. Gall. Plus longuement. Ital. Piu allungo, piu lungamente. Ger. Länger. Hisp. Mas tiempo. Pol. Dluzy. Vng. Késöbben, tovább. Ang. Longer.] Cic. 7. Verr. Potero hoc ego unus tantum, aut in hoc judicio deponere, aut diutiùs tacitus sustinere. Plautus Rud. Sed mea desidia spem deserere nolui: Eo vos amici detinui diutius. Cic. Non obtundam diutiùs aures vestras.

Diūtissĭmē, Longissimo tempore. [לעולם ובעולם leolám vaholám. πλεῖστον χρόνον. Gall. Fort long temps, tres longuement. Ital. Lunghissimamente. Ger. Zumlengsten / längwirig oder vielzeitig. Hisp. Longissimo tiempo. Pol. Barzo dlugo, czas wielky. Vng. Hoszszu ideig, igen [illegible]. Ang. Very long.] Cic. de Amic. Catonem induxi senem disputantem: quia nulla videbatur aptior persona quæ de illa ætate loqueretur, quàm ejus qui & diutissimè senex fuisset, & in ipsa senectute præ cæteris floruisset.

Diūtūrnŭs, a, um, Diutinus, à diu derivatum. [ארוך aruch. χρόνιος, πολυχρόνιος. Gall. Qui dure long temps. Ital. Che dura longo tempo. Ger. Langwirig. Hisp. Cosa de mucho tiempo. Pol. Barzo dlugy. Vng. Hoszszu ideiu, sokaig tarto, sok ideig való. Ang. That induréth a long tyme.] ut, Vsus diuturnus, silentium diuturnũ, apud Cic. Idem de Senect. Quas quidem sic avide arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens.

Diūtūrnĭtās, tatis, f. t. Longinquitas temporum, numerus dierum: [ארך ימים orech iamim. πολυχρονία. Gall. Longue durée, longue espace de temps. Ital. Longa durata, longhezza di tempo. Ger. Langwirigkeit. Hisp. Longura de tiempo. Pol. Dlugieczas. Vng. Hoszszu volt, nehezeb hoszszu valo. Ang. Length or continuaunce of tyme.] ut Diuturnitas belli, Cæsar. Diuturnitas temporum, Cic. Idem de Senect. Semper enim in his studiis laboribusq; viventi non intelligitur quãdo obrepat senectus: ita sensim sine sensu ætas senescit, nec subitò frangitur, sed diuturnitate extinguitur.

Dĭĕtĕrĭs, pen. prod. Tempus duorum annorum: [שנתים schenatáiim. διετία. Gall. Espace de deux ans. Ital. Il spatio di due anni. Ger. Die zeit zweyer jar lang. Hisp. Tiempo de dos annos. Pol. Czas dwu letny. Vng. Két esztendö. Ang. The space of two years.] sicut Trieteris, τριετηρίς, trium annorum, vel certè (ut elegan-ter docet Censorinus) quod tertio quoq; anno recurrit. Nam apud veteres Trieteris constabat ex quinq; & viginti mensibus: hoc est, ex duobus annis, quorum alter duodecim habebat menses, alter tredecim. Sic etiam Penteteris, πεντετηρίς, dicitur tempus hoc duplicatum: hoc est, quadriennii spatiũ: ita dictum, quòd quinto quoq; anno recurrat.

Diffāmo, pen. prod. act. p. Per diversas partes famam divulgo, sinistram famam de re quapiam spargo. [הוציא רכיל hotsi rechil, הלך רכיל halách rachil. διαφημίζω. Gall. Diffamer. Ital. Divulgare mala fama. Ger. Verleumbden / in ein böß geschrey auffbringen. Hisp. Disfamar. Pol. Sramocic, obmowiam. Vng. El hiresitem, mindenni gyalázom. Ang. To diffame, to report ill of.] Sumitur enim ferè in deteriorem partem. Tacitus: A Nerone probroso carmine diffamatus, contumelias ultum ibat. Adulteriũ diffamatum, Ovid. lib. 4. Metam.

Diffarreātio, [Pol. Rozwod.] Sacrificii genus inter virum & uxorem, quo conjugium dissolvebant per confarreationem contractum. Erat autem Confarreatio quædam solennitas, quam soli sacerdotes observabant in uxore ducenda. Solenim sacerdotes, autore Boëthio, per cõfarreationem uxorem ducebant. Qua de causa divortium per diffarreationem solis quoq; sacerdotibus proprium fuit. Dicitur autem Confarreatio, quòd farreo libo adhibito conjungerentur: & è contra diffarreatio, quòd simili libo adhibito disjungeremur.

Differcio, Compositũ est à farcio, Impleo, & distendo. [מלא malé. συμπληρόω. Gall. Remplir de tous costez. Ital. Empire distendere. Ger. Außfüllen / vollschoppen. Hisp. Empatipò recalcar. Pol. Napelniam, nadziewam. Vng. Meg töltöm. Ang. To fearce, to stuffe up even.] Horat. lib. 1. Satyr. 5: Inde forum Appi Differtum nautis. Idem lib. 1. Epist. Differtum transire forum.

Diffĕro, a. incon. Spatium temporis extendo. [אחר ichér. ἀναβάλλομαι. Gall. Differer, delayer, prolonger. Ital. Differire, prolungare. Ger. Verziehen / auffschieben. Bel. Vertrecken. Hisp. Dilatar el tiempo. Pol. Odkladam. Vng. El halasztom. Ang. To delay, to prolong.] Virg. lib. 6. Distulit in seram commissa piacula mortem. ¶ Interdum est in diversa loca ferre, διαφέρειν. Plautus in Rud. Nos cum scapha tempestas dextroversum differt ab illis. Idem in Cur. Iam ego te faciam, ut hinc formicæ te frustulatim differant. ¶ Interdum diffamare, divulgare. Lucil. Gaudet, quem de me ista foris sermonibus differs. Plaut. in Trin. Nolo ego mihi te jam prospicere, qui meam egestatẽ leves: sed ut inops infamisq; sim, ne mihi hanc famam differant. ¶ Interdum dividere, scindere, dissipare, διασπάω. Terent. in Adelph. Misseram, differar doloribus. Simile Græcis est διαφέρεσθαι. ¶ Interdum in ordinem ponere, διατάττειν. Virgil. lib. 4. Georg. Et etiã feras in versum distulit ulmos. ¶ Interdum distare, διαλλάττειν, διαφέρειν. Cic. Divin. in Verr. At vide quid differat inter meam opinionem & tuam.

Diffĕrentĭă, f. p. Discrimen, dissimilitudo. [הבדל הבדלה habdaláh. διαφορά. Gall. Difference. Ital. Differenza. Ger. Unterscheid. Hisp. Differencia. Pol. Rozność. Vng. Külömbség. Ang. Difference.] Cic. 4. Acad. Quòd videretur esse quædam in visis differentia. Idem 5. de Fin. Ita fit, ut quanta differentia est in principiis naturalibus, tanta sit in finibus bonorum malorumq; dissimilitudo. Indifferens, ἀδιάφορος, quod scilicet per se neq; bonum est, neq; malum.

Diffĕrĭtās, pro differentia, quo antiqui utebantur. [διαφορά. Vng. Külömbség.] Lucr. lib. 4: Tantaq; in his rebus distantia, differitasq; est. Nonius.

Dīlātŭs, participium, Prolatus, productus. [מאחר meuchár, מעכב meukkáb, μακρυνόμενος, χρόνιος. Gall. Differé, delayé. Ital. Differito prolongato. Ger. Verzogen / oder auffgezogen. Hisp. Dilatado, prolongado. Pol. Przedluzony. Vng. Halasztatot. Ang. Delayed, prolonged.] Cic. 4. Verr. Quasi metueret ne Petilius privato illo judicio translato, aut dilato, cum cæteris in consilium reverteretur. Pœna dilata in tempus mortis, Ovid. 5. Trist.

Dīlātĭo, f. t. Temporis prorogatio, sive extensio [עכבה ikkubáh. ἀναβολή. Gall. Delay, dilation, attente. Ital. Dilatione, prolungamento. Germ. Verzug / oder auffzug / verlengerung. Hisp. Dilacion. Pol. Przedluzenie odwloka. Vng. El halasztás, halaték. Ang. Delaying, differring.] Plin. lib. 18. cap. 10. Nec ulla segetum minus dilationem patitur. Cicer. 3. Philip. Quæ est igitur expectatio, aut quæ nimia dilatio temporis?

Dīlātŏr, oris, m. t. Cunctator. [מאחר meachér. μελλητής. Gal. Delayeur, qui differe, faitard. Ital. Prolongatore, indugiatore. Germ. Ein auffzieher / seumiger / auffschieber. Hisp. Prolongador del tiempo. Pol. Przedluzacz. Vng. Halogato, kesedelmes. Ang. A delayer, or prolonger.] Horat. in Arte: Dilator, spe longus, iners, avidusq; futuri.

Diffībŭlārĕ, Aperire, discingere, fibulam resolvere. [ἀναπορπᾶν. Gall. Desboucler. Ital. Disfibbiare. Ger. Die hafften auffthun / auffbrechen. Hisp. Quitar la hevilla ò candado. Pol. Rozpinã. Vng. Ki kapcsol.

Kɨ kapaſdam, meg nyitam. Ang. *To looſe, to vnbuckle or vnbutton.*] Papin. Emicat, & torvè chlamydem diffibulat aura.

Difficilis, le. Laborioſus, operoſus, habens multum difficultatis & laboris. [קָשֶׁה *kaſcheh* יָגֵעַ *jagheah*. δύσκολος, δυσχερής. Gall. *Difficile, malaisé.* Ital. *Difficile, malageuole.* Germ. Schwär. Hiſp. *Difficulde agro.* Pol. *Trudny.* Vng. *Nehéz.* Ang. *Hard, vneaſie.*] Terent. in Heaut. Nihil tam difficile quin quærendo inveſtigari poſſit. Si tamen de homine dicatur, idem erit quod Moroſum. Cic. de Seneċt. Moderati enim, nec difficiles ſenes.

Difficultas, f. t. abſtractum, Labor, anguſtia, aſperitas. [קְשִׁי *keſchi*. δυσκολία. Gall. *Difficulté, malaiſance, empeſchement.* Ital. *Difficultà.* Ger. Die ſchwäre/beſchwärdt. Hiſp. *Difficultad de hazer qualque coſa.* Pol. *Trudnoſć.* Vng. *Nehézſég.* Ang. *Difficultie, vneaſineſſe.*] Cic. pro Cluentio: Proſpicio quantum in agendo difficultatis, & quantū laboris ſit habitura. ¶ Accipitur eleganter pro inopia: ut, difficultas rei numariæ, aut frumentariæ. Cic. 4. Verr. ſe ſimul oſtendi ſe in ſumma difficultate eſſe numaria.

Difficilè, Difficiliter, & difficulter, Aegrè, vix, cum labore. [בְּקָשֶׁה *bekaſcheh*. δυσκόλως. Gall. *Difficilement, malaiſément, à grand peine, avec difficulté.* Ital. *Difficilmente, malageuolmente.* Ger. Schwärlich/ kümmerlich. Hiſp. *Difficilmente.* Pol. *Trudno, leſtwo.* Vng. *Nehézen.* Ang. *With difficultie.*] Plin. lib. 27. cap. 12: In cacumine autem ſemen inter folia durum, & quod difficile evellatur. Liv. lib. 5. bell. Pun. Circundati pedites haud difficulter impetum incurſantium Numidarum arcebant.

Difficul, antiqui dicebant pro difficilè. Autor eſt Nonius, qui adducit teſtimonium Varronis: Quod utrum ſit magnum an parvum facul, an difficul.

Diffido, is, pen. prod. Non fido, deſpero. [ἀπιστεῖν, ἀθυμεῖν. Gall. *Se deffier.* Ital. *Diffidarſi, non hauer ſperanza.* Ger. Mißtrauwen/ebel trauwen. Bel. Wantrouwen. Hiſp. *Deſconfiarſe.* Pol. *Wątpię, nie vfam.* Vng. *Nem bizom.* Ang. *To miſtruſt, to deſpayre.*] Cicer. 2. de Divinat. Nihil affirmabo: quæram omnia, dubitans plerunq; & mihi ipſe diffidens. Ibidem: Eudemus ita graviter ægrotus fuit, ut omnes medici diffiderent. ¶ Dicimus autem diffido tibi, & diffido de te. Ser. Sulp. Ciceroni: Plura me ad te de hac re ſcribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. Ad Heren. Et de nobis non diffidimus.

Diffiſus, part. [ἀπιστήσας, ἀθυμήσας. Pol. *Wątpiąc.* Vng. *Nem bízó.* Ang. *Miſtruſting.*] Cic. pro Muræ. Fatebor enim Cato, me quoq; in adoleſcentia diffiſum ingenio meo, quæſiſſe adjumenta doctrinæ.

Diffidentia, æ, cui opponitur Fidentia. [ἀπιστία, δυσελπιστία. Gal. *Deffiance.* Ital. *Diffidenza.* Ger. Mißtrawung. Hiſ. *Deſconfiança.* Pol. *Nieufnoſć, wątpliwoſć.* Vng. *Hihetetlenség, bizodalmatlanság.* Ang. *Miſtruſt.*] Cic. 4. Tuſc. Et fidentia: id eſt, firma animi confiſio, ſcientia animi quædam eſt, & opinio gravis non temerè aſſentiēs, metus quoq; eſt diffidentia expectati & impendentis mali. Idem 1. de Invent. Quod genus fidentiæ contrarium eſt diffidentia, & ea re vitium eſt: audacia non contrarium, ſed appoſitum eſt, ac propinquum, & tamen vitium eſt. Ovid. 2. de Remed. amor. Fit quoq; longus amor, quem diffidentia nutrit.

Diffidenter, adverb. Timidè: cui contrarium Fidenter. [ἀπίστως, δυσελπίστως. Gall. *Avec deffiance, ſans grande eſperance.* Ital. *Con diſconfidanza, ſenza ſperanza.* Ger. Mißtrewlich/ ohn gute zuverſicht. Hiſp. *Con deſconfiança.* Pol. *Z wątpieniem, wątpliwie.* Vng. *Féleleméſen, bizodalmatlanul.* Ang. *With miſtruſt, without hope.*] Cic. pro Cluent. Altera tantummodo conſuetudinis cauſa timidè & diffidenter attingere rationem veneficii criminum.

Diffindo, diffidi, pen. prod. præteriti corr. diffiſum, act. t. Findo, divido. [בָּקַע *bikkiah*. σχίζω, διασχίζω. Gall. *Fendre & mettre en pieces.* Ital. *Fendere, tagliare in più pezzi.* Ger. Zerſpalten/ zertheilen. Bel. Van een anderen ſtieren. Hiſp. *Hender en diverſas partes.* Pol. *Rozſzczepiam, rozſzpuie.* Vng. *Meg haſitom, két felé vágom.* Ang. *To cutte or cleave a ſunder.*] Virg. 9. Aeneid. Et media adverſi liquefacto tempora plumbo Diffidit, ac multa porrectum extendit arena. ¶ Diffindere diem, teſte Budæo, eſt id quod nos Rem in craſtinum continuare dicimus, vel remittere. Tria enim, inquit idem, erant apud antiquos pronuntiandi genera: aut enim dies diffindebatur: hôc eſt, res in poſterum diem rejiciebatur, aut comperendinabatur: id eſt, in tertium diem differebatur: aut ampliabatur, quum res non in poſterum neq; in perendinum, ſed in longiorem diem pro judicum arbitrio rejiciebatur. Vlpian. l. ij. Siquis caution. Et ideò etiam lex XII. tabul. Si judex, vel alteruter ex litigatoribus morbo ſontico impediatur, jubet diem judicii eſſe diffiſſum. Gell. lib. 14. cap. 2: Juſſi igitur diem diffindi, atq; inde à ſubſelliis pergo ad Phavorinum philoſophum.

Diffingo, is, ere, Corrumpo, & deſtruo quod fictum & formatum eſt. [שִׁחֵת *ſchichéth*. διαφθείρω. Gall. *Desfaire ce qui eſt fait, luy oſter ſa forme & figure.* Ital. *Guaſtare, corrompere.* Ger. Etwas gemachts zerbrechen vnd anderſt machen. Hiſp. *Gaſtar, deſtruir, deſfigurar.* Pol. *Zepſowanie rzeczy zgubną znacząc rzecz.* Vng. *El bontom, rontom, tetetém.* Ang. *To vnmak, to vndooe that was made.*] Horat. 1. Carm. -neq; diffinget, infectumq; reddet, Quod fugiēs ſemel hora vexit. Vbi Acron, Diffinget: id eſt, confundet, immutabit, ſive divellet. Idem Carm. -ò utinam nova Incude diffingas retuſum in Maſſagetas, Arabesq; ferrum. Vbi Acron, Diffingas, contuſum reformes: nam ſicut fingere, formare dicitur, ſic & diffingere, eſt quaſſatū reformare. Idem 2. Serm. Sequidem nihil hinc diffingere poſſum: id eſt, non poſſum negare rem ſic non ſe habere. [Sal. 1. H. 77.

Diffinio, diffinis, pen. pro. act. q. ex dis, & finio, Definio. [גָּזַר *ghazár*. ὁρίζω. Gall. *Definir, determiner.* Ital. *Diffinire, terminare.* Ger. Entſcheiden. Bel. Verclaren. Hiſp. *Diffinir, ò determinar.* Pol. *Opiſſuie.* Vng. *Meg határozva.* Ang. *To define, to determine.*]

Diffinitè, Finitè, definitè. [Vng. *Meg határozva.*] Cic. pro Balbo: Quæ diffinitè civitatē donādi Pōpeio poteſtatē fecerat: ſic enim in antiquo manuſcripto hoc loco & multis aliis legitur.

Diffinitio, quæ & definitio, & finitio appellatur, conſtans ex genere & differentiis: ut Homo eſt animal rationale, mortale. [ὅρος, ὁρισμός. Gal. *Definition, determination.* Ital. *Diffinitione.* Ger. Entſcheidung / die beſchreibung eines dings was es von natur ſeye. Hiſp. *Definicion ò determinacion.* Pol. *Opiſſanie rzeczy iako, ieſt ſama w ſobie.* Vng. *Meg határozás, magyarázás (annagy) kimondás.* An. *A definition.*] Quint. Finitio, eſt rei propoſitæ propria & dilucida, & breviter comprehēſa verbis enuntiatio. Dicta autem eſt diffinitio ſumpta tranſlatione ab his qui fundos prædiaq; dividunt alia ab aliis. Nam ut illi agrum ab agro diffiniunt, atq; habitam de finibus controverſiam diſtinguunt: ſic per definitionem res à rebus diſtinguuntur, & veluti certis quibuſdam finibus circunſcribuntur.

Diffiteor, ex dis, & fateor, d. p. Nego, inficior. [מֵאֵן *meén*. ἀπαρνοῦμαι. Gall. *Ne vouloir pas confeſſer, denier.* Ital. *Negare, non confeſſare.* Ger. Verneinen/ nicht wöllen bekennen/ leugnen. Bel. Loochenē. Hiſp. *Negar ò non confeſſar.* Pol. *Przę, nie znać niecheę.* Vng. *Tagadom.* Ang. *To denie.*] Cic. Itaq; nunquam diffitebor multa me, ut ad effectum horum conſiliorum pervenirem, & ſimulaſſe invitum, & diſſimulaſſe cum dolore. Col. lib. 4. cap. 10: Nam quòd in profundo ſemina frigore laborare dicuntur, nos quoque non diffitemur.

Difflo, as, Eſt flatu proſterno. [נָשַׁב *niſchſchéb*. διαφυσάω. Gall. *Eſpandre ou abatre par ſouffler, faire aller en vent.* Ital. *Gettare à terra ſoffiando.* Ger. Zerblaſen/ niderblaſen. Hiſp. *Derribar ſoplando.* Pol. *Rozdmā.* Vng. *El fuvom.* Ang. *To blowe away.*] Plaut. in Mil. Cujus tu legiones difflaſti ſpiritu, quaſi ventus folia.

Diffluo, act. t. eſt in diverſas partes fluo, Liqueſco. [διαρρέω. Gall. *Couler de toutes pars, ſe diſſoudre & ne pouvoir tenir enſemble.* Ital. *Scorrere in più parti.* Ger. Zerflieſſen. Hiſp. *Correr lo liquido en partes.* Pol. *Rozpływuie ſię, ztapiam ſię, rozciekam ſię.* Vng. *Idestova folyok.* Ang. *To looſe and fall a ſunder.*] Plin. lib. 21. cap. 13: Qui edere, abjicit ſe humi, refrigerationē quærentes: nam & ſudore diffluunt. ¶ Diffluere otio, vel luxuria, eſt immodico otio, vel immodicæ luxuriæ indulgeo. Terent. in Heaut. Vt ejus animum, qui nunc luxuria & laſcivia Diffluit, retundam.

Diffringo, is, act. t. In varias partes frango. [שִׁבֵּר *ſchibbér* רָעַץ *rahaz*. διαθραύω. Gall. *Rompre en pieces, briſer.* Ital. *Frangere in più parti.* Ger. Zerbrechen. Hiſp. *Romper in muchas partes.* Pol. *Łamię.* Vng. *El tördelem.* Ang. *To break in pieces.*] Plautus in Aſin. Crura herclè diff. ingentur.

Diffugio, is, pen. cor. In diverſas partes fugio, huc illuc fugio, diabor. [נָס *nas* בָּרַח *barach*. διαφεύγω. Gall. *Fuir çà & là, reculer, eviter.* Ital. *Fuggire in diverſe parti.* Ger. Von einander hin vnnd her fliehen. Bel. Van den anderen vlien. Hiſp. *Huir en diverſas partes.* Pol. *Ucie kā ſię tam y ſam.* Vng. *Széllel futok, ideſtova futok.* Ang. *To flee here and there, to eſchew.*] Virg. lib. 3. Georg. -quò tota exterrita ſylvis Diffugiunt armenta. Cæſar 8. bell. Gall. Hic repentino malo perterriti, diffugiunt ad ſua præſidia. ¶ Ponitur etiam tranſlatè pro vitare. Cic. 5. Ver. Diffugerūt enim permulti, id quod oſtendā. ¶ Item pro refugere, renuere. Var. 2. de Re ruſt. Nec tamē diffugio quin dicam quæ ſcio de ſuillo pecore.

Diffugium, gii, n. t. [מָנוֹס *manós*. διαφυγή, διαχώρησις. Gal. *Fuite çà & là.* Ital. *Rifugio, ridotto.* Ger. Zuflucht/ außflucht. Hiſp. *Huida.* Pol. *Ucieczka.* Vng. *A ſzéllel futás, ideſtova futás.* Ang. *Flying to ſundrie partes.*] Tacit. Proximorum diffugia languentibus jam ſtudiis.

Diffundo, act. t. diffudi, diffuſum, Huc illud fundo, diſpergo, diſſipo. [פָּזַר *pazár* זָרָה *zaráh* פָּשָׁה *paſcháh*. διαχέω. Gall. *Eſpandre.* Ital. *Verſare, ſpargere in più parti.* Ger. Zerſpreiten/ hin vnd wider gieſſen. Hiſp. *Derramar en diverſas partes.* Pol. *Rozlewam.* Vng. *Széllel ontózom.* Ang. *To powre out and ſcatter abroade.*] Colum. lib. 2: Nam vel reſpuit duritiam ſoli dens aratri, vel ſi qua parte penetravit, non minutè diffundit humum. ¶ Accipitur pro dilatare. Cic. li. 1. de Orat. Diffuſa ramis patulis platanus. ¶ Diffundere animum alicujus, eſt exhilarare aliquem. Ovid. 1. de Arte am. Spectabunt juvenes læti, miſtæq; puellæ: Diffunderq; animos omnibus iſta dies.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Diffusus, partic. [פזור pazur מזרה mizreh. διεσκεδασμένος. Gall. Espandu, esparti. Ital. Sparso. Ger. Zerspreitet oder außgespreitet. Hisp. Derramado. Pol. Rozpaguieny, rozsiepany. Vng. Szellel bothzetett. Ang. Powred out abroade.] Cic. 2. de Orat. Est enim heri nobis ille hoc Catule pollicitus, se jus civile quod nunc diffusum & dissipatum est, in certa genera coarctaturum.

Diffuse, adverb. Disperse. [διακεχυμένως. Gall. Esparsement, largement, & avec estendue, d'un costé & d'autre. Ital. Sparsamente. Ger. Sprentzwig/weitleuffig. Hisp. Derramadamente. Pol. Szeroce. Vn. Szellel. Ang. Scatteringly, without order.] Cic. 1. de inven. Enumeratio est, per quam res disperse & diffuse dictæ, unum in locum coguntur.

Diffusio, onis, f. t. Dilatatio, dispansio: [נזל nezel. διάχυσις. Gall. Effusion cà & là, espartement. Ital. Il spargere, sparsimento. Ger. Zerspreitung/zertheilung. Hisp. Derramamiento. Pol. Rozszerzenie, rozpuszczenie. Vng. Szelesseg, szellel bothzes. Ang. A powring out or sprinkling abroade.] ut, Diffusio animi, pro exhilaratione. Seneca de vita beata: Ex cognitione veri gaudium grande & immotum, comitasq; & diffusio animi.

Digamma, δίγαμμα: sive Digamma Aeolicum, dicta est F litera, quòd duplicis Γ imaginem referre videatur. Cicer. ad Attic. lib. 9. fundum suum Formianum vocat digamma, quòd nomẽ ejus ab F litera initium sumeret. Delicias, inquit, digamma venderem, quantum in solo solerem quærere non solùm Romæ, sed etiam delicium digamma viderem. Locus corruptus.

Digamus, pen. corr. m. f. [δίγαμος. Gal. Qui a deux femmes, deux fois marié. Ital. Quel che ha havuto due mogliere. Germ. Das zwey Weyber hat/oder der zwey mal geweybet hat. Hisp. El casado dos vezes. Pol. Ten ktori dwiezyuiema, albo ktory sie dwakroc ozenil. Vng. Kit feleségű. Ang. That hath bene twise maried.] Qui duas duxit uxores. Hieron. contra Iovin. Non damno digamos. Sic digama mulier dicitur quæ duos habuit maritos.

Digero, is, pen. corr. act. 1. digessi, digestum, Ordino, dispono. [חלק chelek. ערך harach. διατίθημι, διαδέω, διατάσσω. Gall. Porter cà & là, ordonner & disposer, mettre par ordre. Ital. Ordinare, disporre. Ger. Ordnen/in ordnung setzen. Bel. Ordineren. Hisp. Ordenar, disponer. Pol. Rozrzadzã, rozkladam. Vng. El rendelem. Ang. To sett in order, to dispose.] Virg. Aeneid. 3. Quæcunq; in foliis descripsit carmina virgo, Digerit in numerũ. Ita dicimus aliquid digestum: id est, loco suo compositum. ἐν χώρᾳ κείμενον. ¶ Quandoq; Dilucido interpretor, ἐξηγοῦμαι. Virgil. lib. 2. -ita digerit omnia Calchas. Quandoq; Divido, distinguo. Plin. lib. 18: Poma serantur, inserantur q; vineæ pastinentur, semina digerantur. ¶ Quandoq; concoquo: [πέττω. Pol. Trawie. Vng. Megemesztem.] ut, Digere paulisper vinum quo mades. Cic. ad Attic. lib. 4: Stomachus concaluit ut digerat multa cruda facilius. Macr. Igitur in ventre fit prima digestio. Sed hoc ad primum significatum reduci potest, quum digestio sit distributio cibi ordinata. Distribuitur enim alimentum per venas totum in corpus, justaq; quadam œconomia tantum unicuiq; particulæ impertitur quantum illi nutriendæ satis sit. Quatuor autem in quoq; corpore fiunt digestiones: quarum prima fit in ventriculo: secunda ab hepate: tertia in venis: quarta in singulis membris, dum quod unicuiq; membro utile est, ipsi membro fit nutrimentum: inutile autem per poros & meatus excernitur. Vide plura apud Macrob. cap. 4. lib 7. ¶ Per translationẽ, Cic. ad Qu. Fratrẽ. li. 2: Facias ut mea mandata digeras.

Digestio, verb. f. t. Ordinatio. [ערך hèrech מערכה maharachah. διάθεσις, διάταξις. Gall. Ordonnance, distribution, ordre. Ital. Ordinanza, dispositione. Ger. Ordnung. Hisp. Repartimiento, ordenance. Pol. Rozrzadzenie. Vng. Rendeles. Ang. A Setting in order, a due placing of things.] Plin. lib. 3. cap. 1: Itaq; interiori in parte digestionem in literas ejusdem nos sequuturos, coloniarum mentione signata, quas ille in eo prodidit numero. Cic. 3. de Orat. Digestio quæ ex oratio est, ea est partitio. ¶ Concoctio & digestio, πέψις & διαχώρησις. [Pol. Strawienie. Vng. Megemesztes.] Cels. in proœmio, sive hac de causa concoctio incidat, sive de illa: & sive concoctio fit illa, sive tantùm digestio.

Digeries, f. t. Digestio, dispositio. [διακόσμησις, διάταξις. Vng. Rendeles.] Macrob. Nec mirum si digeries mortium reprehensionis evasit.

Digestorum liber, ideo duplici ff. signatur, quòd Græci Pandectas per π cum accentu circumflexo notabant, sub quibus & Digestorum libri comprehensi sunt: unde facile litera π in ff. Latinè inolevit. Alciat. lib. 3. Dispunct. cap. 12. Digestorũ autẽ nomen primus Salvius Iulian invenit, qui jus civile, cùm olim confusim traditum esset, tanquam in quandam artem illud redegit. Alciat. in Rub. C. de Edendo.

Digitus, m. f. à digerendo quidam derivari putant, quòd natura miro decentiq; ordine digitos digesserit: id est, dispofuerit. [אצבע etsbah. δάκτυλος. Gall. Doit. Ital. Dito. Ger. Ein finger. Bel. Eenen vinger oft teen. Hisp. Dedo. Pol. Palies. Vng. Vy. Ang. The finger.] Plaut. in Persa: Næ si me uno digito attigeris, te ad terrã affligam scelus. Digitorũ nomina sunt hæc, Pollex: ἀντίχειρ, ὁ μέγας: Index, λιχανός, δεικτικός: Infamis, sive famosus μέσος, σφάκελος: Medicus, παράμεσος, δακτυλιώτης, ἰατρικός est, medicinalis, seu anularis, quòd in eo anuli primùm gestari cõsueverũt: Minimus, μικρός, qui & auricularis, ὠτίτης. Indicẽ qui pollici proximus est alio nomine salutarẽ veteres vocaverũt. Mart. lib. de Nupt. Phil. Quidã redimitus puer ad eos cõpresso digito salutari, silentium cõmonebat. ¶ Medius digitus alia habet nomina. Nam dictus est verpus, à verrendo podice. Ob quam etiã causam impudicus, & infamis vocatus est. Et quando porrigebatur, signum derisionis & contumeliæ erat. Mart. Ostendas digitum, sed impudicum Alconti, Dasioq;, Symmachoq;. Iuvenal. -ipse minaci Præberet laqueũ, mediũq; ostenderet unguem. Persius: -frontem atq; uda labella Infami digito, & lustralibus antè salivis Expiat. ¶ Digitum tollere, significat favere, suffragari: sicut Digitum deprimere, suffragio denegare. χειροτονῶ. Horat. Vulgus utroq; suum laudabat pollice ludum. Digitũ exere, peccas: proverbialiter dicitur de iis quos ut vitia sua fateantur cogimus. Tractum à gladiatoribus, qui victi ostensione digiti veniam à populo postulare cogebantur. Persius Satyr. 5: Nil tibi concessit ratio, digitum exere, peccas. ¶ Digitus in aquæductibus accipitur pro certo quodã aquæ modulo, quo ex castello in vicos, aut regiones, aut etiam in nobiliorum ædes aqua dividebatur. Habebant enim aquæductus sua castella ad divortia vicorum, ex quibus aqua à castellario per uncias & digitos dividebatur. Habebat autem digitus rotundus diametrum unius digiti. Autor Frontinus. ¶ Cœlum digito attingere, proverbiali nimirum hyperbole dicuntur, qui longè supra mortaliũ conditionem, ac diis proximi esse videntur. Cic. ad Attic. lib. 2: Nostri autem principes digito se cœlum putant attingere, si muli barbati in piscinis sint qui ad manum accedant. ¶ Extremis digitis attingere, est leviter attingere. Cic. pro Cæl. ¶ Metiri digitis dicitur qui rem accuratiùs expendit, quàm oporteat. ¶ Monstrari digito, δακτυλοδεικτεῖσθαι, pro eo quod est, insignem esse. Luc. in Hermonide, Horat. 4. Carm. Od. 3. & Pers.

Digitus aquæ, sextadecima pars pedis, uncia verò duodecima. Paul. de Serv. Rust. præd. l. Lucius Titius, Digitum tibi dono aquæ.

Digitulus, & Digitellus, diminutiva. [δακτυλίσκος. Gall. Petit doit. Ital. Deto piccinolo. Ger. Ein fingerlein. Hisp. Dedo pequeno. Pol. Palieczek, paluszek. Vng. Vyocska. Ang. A litle finger.] Ter. in Eunuch. Sine biduum hoc prætereat, Qui mihi nunciare digitulo fores aperis fortunatus.

Digitalis, & hoc digitale, Quod habet mensuram digiti. [δακτυλιαῖος. Gall. De la grosseur, espesseur, largeur & longueur d'un doit. Ital. Di misura d'un dito. Germ. Fingermässig/das eines fingers dick oder lang ist. Hisp. Cosa que tiene quantidad de un dedo. Pol. Cosz dl'ugo na paliec. Vn. Egy vyni. An. That is of the measure of a finger or inche.] Plinius lib. 22: Et anchusæ radix in usu est digitali crassitudine.

Digitale, n. f. substantivum, Digitorũ tegmenta dicuntur. [δακτυλήθρα. Gall. Doitier, dequoy on couvre les doits, gant. Ital. Ditale. Ger. Fingerhut/hendschuch. Hisp. El dedal ò dedil del dedo. Pol. Palucki, rekawice. Vng. Gyűszű. Ang. A thymble or any thing covering the fingers, as finger stalles.] Varr. lib. 1. de Re rust. Olea minus stricta, melior: ea quæ digitis nudis legitur, laudabilior quàm illa quæ cum digitalibus.

Digitellus, sive Digitelum. [Pol Rozchodnik.] Herba est quæ alio nomine sedum, sive sempervivum majus appellatur. ἀείζωον. Vide Plin. lib. 25. cap. 13.

Digitatus, m. f. Qui digitos habet. [ὁ ἔχων δακτύλους. Gall. Qui a doigts. Ital. Chi ha diti. Ger. Der finger hat. Hisp. Que tiene dedos. Pol. Palczasty. Vng Vyu, az minek vya vagyon. Ang. That hath fingers.] Plin. li. 11. cap. 47. Aviũ aliæ digitatæ, aliæ palmipedes.

Digladior, Gladiis certo, certo, contendo, dissentio. [διαξιφίζομαι. διαγωνίζομαι. Gall. Debatre par armes & comme tirer à coustreaux, noiser. Ital. Far' alle coltellate. Ger. Fechten/streiten mit schwerten streyten. Bel. Schermen. Hisp. Acuchillar. Pol. Szermuie, sciutuie. Vng. Harczolok, bajvíni kezdeni. Ang. To fight with swords, to contend or strive.] Cic. Quid Antipater digladiatur cum Carneade tot voluminibus?

Dignatio, Digno, Dignitas, Dignor, Vide DIGNVS.

Dignosco, act. t Agnosco, cognosco, aut discerno. [הכיר hichir. διαγινώσκω. Gall. Cognoistre entre autres, discerner. Ital. Cognoscere, dignoscere. Ger. Vor einem anderen kennen/underscheiden. Hisp. Conocer entre cosas diversas. Pol. Rozpoznawam. Vng. Megesmerem. Ang. To discerne, to knowe among others.] Lactant. lib. 6. Invicem se dignoscunt. Sueton. in Othon. Vulso corpore, galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato, & annexo, ut nemo dignosceret. Col. lib. 2. cap. 2: Dignoscere terram sapore. Plin. lib. 12. cap. 17: Dignosci vix potest à mastiche vera.

Dignoto, tas, act. p. σημαίνω, signo, imprimo, ut fieri solet in pecoribus ut dignoscantur.

Dignus, a, um, Qui aliquid meretur, cui aliquid merito debetur: [ראוי

tur. [ראוי raui כשר cascher. ἄξιος. Gall. Digne. Ital. Degno. Ger. Wirdig/wert. Bel. Weerdich. Hisp. Digno. Pol. Godny. Vng. Melto. An. Meete or conuenient, worthie.] ut, Dignus laude, qui meretur laudē. ἀξιέπαινος. Dignus castigatione, qui meretur castigationē. Plaut. in Rud. Neq; digniorem censeo vidisse anū me quanquā, Quos deos atq; homines censeam benefacere magis decere. Terent. in Heaut. Ego te meū esse dici tantisper volo, Dum quod te dignum est facias. ¶ Hujus contrariū est Indignus. Mart. Digna tuo cur sis, indignaq; nomine dicā: hoc est, dicam cur merearis & non merearis hoc nomen.

Dignē, adverb. pro dignitate. [ἀξίως. Gall. Dignement, cōme il appartient, honnestement. Ital. Degnamente, come s'appartiene. Germ. Wirdigklich. Hisp. Dignamente. Pol. Godnie. Vng. Meltān. An. Honestlie, worthelie.] Id est, honestè, uti honestum decet. Plaut. Mil. quàm dignè ornata incedit, aut meretriciē. Cicer. de Senect. Nunquā igitur satis laudari dignè poterit philosophia: hoc est, satis pro dignitate. ¶ Dignè etiam significat pro meritis. ἀξίως, κατ' ἀξίαν. Indignè, præter merita. ἀναξίως, παρ' ἀξίαν. Ovid. Leniter, ex merito quicquid patiare, ferendum est: Quæ venit indignè pœna, dolenda venit.

Dignanter, adverb. Dignè. [ἀξίως. Pol. Godnie. Vng. Meltān.] Vopiscus in Tacit. Ipsum igitur qui nos tueri debet, loquentem dignanter audire.

Dignitas, f.t. Honestas, honor, amplitudo, splēdor. [מעלה mahalah שאת seeth יתר iether. ἀξία, ἀξίωμα, ἀξιοπρέπεια. Gall. Dignité, bonne reputation. Ital. Dignità, ampiezza, honore. Ger. Wirde/wirdigkeit. Bel. Weerdicheyt. Hisp. Dignidad, honra, reputacion. Pol. Godnosc. Vng. Meltosag. An. Worthinesse, honour doone to ones merites, manly maiestie or comelinesse in fauour.] Gell. Cujus dignitas nec augeri laudibus, nec minui detractionibus potest. Cicer. Themo, li. 13: Vt omnibus in rebus ei te cōmodes, quoad fides dignitasq; tua patietur. ¶ Interdum sumitur pro virili pulchritudine, τὸ ἀξίωμα τῆς ὄψεως, σεμνοπρέπεια. Idem lib. 1 Offic. Pulchritudinis duo sunt genera: unum muliebre, quam venustatem appellamus: alterum virile, quam dignitatem dicimus. Idē de Orat. In formis aliis dignitas inest, aliis venustas. ¶ Est etiam dignitas in sermone, quum scilicet oratio est gravis, & voce remissa, de qua Autor ad Herenn. σεμνοπρέπεια, σεμνότης. Hujus contrarium est indignitas, pro dedecore, sive ignominia, & quod indignū est, sive quod est contra dignitatem. Lib. 4 ad Herenn. Nequeo verbis consequi in dignitatem rei. Cic. pro Qu. Ligario: Quum ad secundum Calendas intercalares priores rogatu fratrum tuorum venissem manè ad Cæsarem, atque omnem adeundi atq; conveniendi illius indignitatem & molestiam pertulissem. Autor ad Herenn. lib. 3: Acuta exclamatio fauces & vocem vulnerat, eadem lædit auditorem, habet enim quiddam illiberale, ad muliebrem potius vociferationem, quàm ad virilem dignitatem in dicendo accommodatum. ¶ De privatæ dignitatis gradibus, Vide Lag. de Method. jur. Civil. part. 2. cap. de privat. dignit. &c.

Dignitatum species, recentiores Iurisconsulti quatuor esse tradunt, Illustres, Supersillustres (quæ dictio non satis Latina est) Spectabiles & Clarissimos. Sed Alciati doctrina verior, cujus elegans cap. extat de ea re in lib. Dispunct. 3: Dignitates in jure nostro propriè, quæ clarissimatus, Equitatus, perfectissima gradibus continentur, quos Alciatus non uno loco attingit, ostendens quantum hac in re aberratum hactenus sit.

Digno, as, act. p. Dignum judico, dignor. [ἀξιόω. Gall. Juger & reputer digne, daigner. Ital. Giudicare degno, degnare. Germ. Wirdig/wirdig achten. Hisp. Tener por bien, hazer o reputar por digno. Pol. Godnym czynie. Vng. Meltonak velni, meltosytatom. Ang. To thinke worthie, to vouchsafe.] Pacuvius: Quis deos infernos, quibus cœlestes, digner decorare honoribus?

Dignōro, as, are, Græcè στιγματίζω. Signū inuro, quemadmodum fieri solet sceleratis, & pecoribus. [Pol. Piatnuie. Vng. Meg belyegezem.] Festus: Sic & equi quadam nota insigniebantur. Anacreon: ἐν ἰσχίοις μὲν ἵπποι πῦρ χάραγμ' ἔχουσιν.

Dignor, passivum. Dignus habeor. [ἀξιοῦμαι. Gall. Estre reputé & estimé digne. Ital. Esser tenuto degno. German. Wirdig geachtet seyn. Hisp. Ser tenido por bien y digno. Pol. Zazodargo istem, racżon mie. Vng. Meltonak itiltetem, meltosytattatom. Ang. To be allowed and holden worthie.] Virgil. 3. Aen. Conjugio Anchisa Veneris dignare superbo. Cicer. Oecon. Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur: id est, digni habentur.

Dignor, deponens, pro Dignum judico, seu habeo; usitatius. [ἀξιόω. Gall. Estimer & reputer digne, daigner. Ital. Giudicare degno, degnare. Ger. Wirdig achten. Hisp. Tener por bien, hazer o reputar por digno. Pol. Zagodnegomam. Vng. Meltosytatom, meltonak itilem. Ang. To think worthie, to vouchsafe.] Virgil. 1. Aeneidos: Tum Venus. Haud equidē tali me dignor honore: id est, dignam judico, inquit Servius. Suet. in August. Vniversum denique genus operas aliquas publico spectaculo præbentium etiam cura sua dignatus est: id est, dignum judicavit, & dignatione sua prosequutus est.

Dignandus, Cic. 1. Acad. Quæ autem secundum naturā essent, ea sumenda, & quadam æstimatione dignanda docebat.

Dignatio, onis, f.t. idem quod Græci ἀξίωμα dicūt: id est, dignitas & amplitudo propter honores gestos, aut magistratū, vel propter oris, morumq; majestatē. [מעלה mahalah שאת seeth יתר iether. ἀξίωσις. Gall. Dignité, bonne reputation. Ital. Dignità. Ger. Wirdigung/das wirdig achten. Bel. Eerweerdicheyt. Hisp. Dignidad, reputacion. Pol. Godnosc, uczynie, cześnie. Vng. Meltosag, betsület. An. And good reputation, reuerence shewed to a man.] Cic. Att. lib. 4: Etsi meus quidem est fortior, nec quicquam nisi de dignatione laborat. Suet. Vesp. Exin' sortitus Aphricam, integerrimè, nec sine magna dignatione administravit. Liv. 2. ab Vrb. pro gratia & familiaritate posuisse videtur: Appius (inquit) interpres lectus, haud ita multo in principū dignationem pervenit. Indignatio, ex rei alicujus indignitate collecta, ἀγανάκτησις. Iuve. Sat. 1: Si natura negat, facit indignatio versū.

Digredior, eris. Discedo, egredior, a te discedo, a proposito abeo. [הלך halach אזל azar סר sir. παρεκβαίνω, ἀποστῆναι, ἀπέρχομαι. Gall. Partir d'vn lieu. Ital. Partirsi. Ger. Hinweg gehē/neben sich gehen. Bel. Wechgaen. Hisp. Partirse de lugar. Pol. Odstepuie, odchodze. Vn. El megyek, el távozom, el térek. An. To go out of a place or frome a purpose.] Virg. 3. Aen. Hos ego digrediens lachrymis affabar obortis. Cic. Cornificio: Etsi periniquo patiebar animo, te à me digredi. Idem 1. de Nat. deor. Luna autem iisdē spatiis vagatur quibus Sol: sed tū congrediens cū Sole, tū digrediens.

Digressus, particip. [גרוש garusch. ἀπελθών, ἀπεληλυθώς. Gall. Qui s'en est parti, qui a laissé le chemin qu'il tenoit. Ital. Separato, partito. Ger. Hingangen/Abgescheiden. Hisp. Partido de lugar. Pol. Odstapienie, rozstąpenie. Vng. El ment, el távozot, el tért. Ang. That goeth frome a place, or purpose.] Digressa dicitur quæ divortium cum marito fecit. Sueton. in Cæs. cap. 43: Diremit nuptias Prætorii viri, qui digressam à marito post biduum statim duxerat, quanvis sine probri suspicione.

Digressus, us, ut. m. q. Digressio: cui contrariū Accessus. [סרה sarah. ἔκβασις, ἀπόβασις. Gall. Departement. Ital. Dipartimento. Germ. Abweichung/hingang/absönderung. Hisp. Aquella partida. Pol. Odchod, odstąpienie. Vng. El menés, távozás, el térés. Ang. A digression, a going away.] Cic. lib. 2. Tusc. Tenuissimum lumen facit proximus accessus ad Solem, digressus autem longissimum. Idem ad Qu. Frat. libr. 1: Deinde congressus nostri lamentationem pertimui: digressum verò non tulissem.

Digressio, onis, f.t. Pro discessu: cujus contrarium congressio. [סרה sarah. ἀπόβασις. Gall. Digression, changement de propos, departement. Ital. Esser dipartirsi, mutar proposito, digressione. Ger. Hinganng/abscheid. Hisp. Aquella partida. Pol. Rozeyscie, rozstąpienie. Vng. El menetel, el távozás. Ang. A digression or going frome.] Cic. ad Qu. Frat. lib. 1: Minus acerbum, minus miserum fuit, quàm fuisset tum congressio, tum verò digressio nostra.

Diiambus, διΐαμβος, Pes metricus ex duobus jambis cōstans: hoc est, ex quatuor syllabis, quarum prima & tertia breves sint, secunda autem & quarta longæ: ut Amœnitas.

Dii manes, Per duas dictiones, ab antiquis crediti sunt esse animæ hominum quæ è corpore emigraverant: unde etiā vetusta sepulchrorum monumenta Diis Manibus videmus esse inscripta. Alii Manes eosdem esse putant, quos in vita genios appellamus: voluntq; homini duos assignatos esse Genios, qui ne mortuorū quidem corpora deserant, sed unà cū iis sepulchra inhabitent. Apuleius de Dæmonio Socratis: Manes, animæ dicūtur meliores meriti, quæ in corpore nostro Genii, & à corpore separatæ Lemures vocabantur. Quòd si domos infestarent, Larvæ dicebantur. contrà, si boni fuerint, Lares familiares. Servius arbitratur Manes per antiphrasim quasi minimè manos dictos. Sabinorum enim lingua Manū, bonum dicebatur: unde & Immanis. Numerantur etenim Manes inter noxia numina: unde subinde in feriis erant placādi ne nocerent. Vide plura in dictione MANES.

Dijudico, act. p. Diligēter aut divisim judico, discerno, distinguo, discepto, dirimo. [דן dan הוכיח hochiach בחן bachan. διακρίνω. Gall. Discerner, distinguer, juger distinctement. Ital. Giudicare distintamente. Ger. Betheilen mit vnderscheidung. Hisp. Juzgar muy bien, o entre partes diuersas. Pol. Rozsądzam. Vng. Meg itilem. Ang. To iudge betwene twoo, to discerne.] Cic. in Tusc. Vtrùm igitur inter has sententias dijudicare malumus, an ad propositum redire? Terent. in Heaut. Ego dicam quod mihi venit in mentē, tu dijudicand est, dic quod tibi videtur, & sentis. Ibidem: Pergin' istuc prius dijudicare, quàm scis quid veri fiet? Cic. li. 3. in Catil. At ille tamē omnes dissensiones, quarū nulla exitum Respub. quæsivit, ejusmodi fuerunt, ut non reconciliatione concordiæ, sed internecione civium dijudicatæ sint.

Dijudicatio, onis, f.t. Disceptatio. [דין din. διάκρισις, διάγνωσις. Gall. Interposition de iugement. Ital. Interpositione di giudicio. Ger. Entscheidung/bericht. Hisp. Aquel iuyzio entre partes diuersas. Pol. Rozsądek. Vng. Meg itilés. Ang. Interposition of iudgement.] Cic. 1. de Legib. Nam ista quidem magna dijudicatio est.

Disjungo, is, Separo, divido. [הבדיל hibdil. διαζεύγνυμι, διαιρέω.] Gall. Desioindre, separer. Ital. Disgiungere, separare. Ger. Zertheilen/von einander absondern. Hisp. Desunir o apartar. Pol. Rozłączam. Vng. El valaßtom ſzakaßtom. Ang. To separate, or disjoyne.] Cicer. Att. lib. 7: Redeamus domum, disjungere me ab illo volo.

Dilābŏr, pen. prod. d. t. Diffugio, seu clàm discedo. [נבל naphal. ἀπορρέω.] Gall. S'escouler, cheoir petit à petit. Ital. Partirsi ascosamente. Ger. Hinfallen. Bel. Verfallen/te niet worden. Hisp. Deslizarse o huyr de entre manos. Pol. Odpadam, odchodzę. Vn. Alattomba, el megyek (avagy) alá esem. Ang. To slip or slid away.] Cic. lib. 1. Tusc. Sed nescio quomodo dum lego assentior: quū posui librum, & mecum ipse de immortalitate animarū cœpi cogitare, assensio illa omnis dilabitur. ¶ Propriè verò dilabi, est deorsum labi, corruere. Lactant. lib. 3: Domus ab habitatore deserta dilabitur: id est, corruit. Cic. in Læl. Iam enim à sapientū familiaritatibus ad vulgares amicitias oratio nostra dilabitur: id est, descendit. καταβαίνει. ¶ Aliquando ponitur pro deficere, ἀπειπεῖν. Lactant. lib. 7: Describentes quasi fatigati, & dilabentis mundi senectutem: id est, deficientis.

Diræ, [אלות alóth קללות kelaloth] ἀραὶ, ἐρινύες. Gall. Furies d'enfer, maledictions & execrations. Ital. Bestemmie, maledictioni. Ger. Verfluchungen/wünschung grawsamer dingen. Hisp. Las furias o ira de los dioses. Pol. Przeklinanie, y urzeczenie. Vng. Atok, szidalom. Ang. The furies of hell, execrations, cursinges.] Execrationes, & imprecationes sunt, quæ in malevolos effundebantur horrendæ, deos quosdam inauditos compellantes: quibus quicunque devotus erat, credebatur maximo affici infortunio. Cicero M. Crasso quid acciderit videmus, dirarum obnunciatione neglecta. Diras imprecari, Græci ἐπαρᾶσθαι τὰς κατάρας dicunt, & ἀρὰς ἐπιᾶς ἐς φθαρτοῖς ἐπαρᾶσθαι. ¶ Sunt etiam Diræ inferorū Furiæ, quibus præcipuè ii qui sceleris alicujus sibi sunt conscii, credunturexagitari. De quibus ita Virg. lib. 12. Aeneid. Dicuntur geminæ pestes cognomine diræ, Quas & Tartaream nox intempesta Megæram Vno eodemq; tulit partu. ¶ Hinc Dirarum insectatio apud Sextum Aurel. Victorem in Epitome de Caracalla: id est, furiarum agitatio. Hic, inquit, fratrem suum peremit: ob quam causam furore pœnas dedit Dirarum insectatione. ¶ Dicuntur autem in cœlo diræ, apud Furiæ ἀγαίας, in terris: Eumenides, εὐμενίδες, in inferis: unde & tres esse dicuntur.

Dirĭtas, f. t. Crudelitas, immanitas, feritas. [אכזריות achzerijuth] ἀγριότης, ἀπανθρωπία, ὠμότης. Gall. Cruauté. Ital. Crudeltà, ferocità. Ger. Grawsamkeit. Hisp. Crueldad, braveza sin tino. Pol. Srogość, okrutność. Vng. Kegyetlenség. Ang. Crueltie, vengeaunce, terrible.] Cic in Vatinium: Quanquam sis omni diritate atque immanitate deterrimus. Idem 3. Tuscul. Intelligi potest ex his fratribus qui in Adelphis sunt, quanta in altero diritas, in altero comitas. ¶ Morum diritas. Suet. in Tyberio, cap. 21: Nec illud quidem ignoro aliquos tradidisse Augustum palam nec dissimulanter morum ejus diritatem adeò improbasse, ut non nunquam remissiores hilarioresq; sermones supervenientie eo abrumperet.

Dis Præpositio disjunctiva, de qua suprà dictum est in DI.

Dito, as, act. p. Divitem facio. [העשיר heheschir] πλουτίζω. Gall. Enrichir, faire riche. Ital. Arrichire. Ger. Reich machen. Hisp. Enriquecer à otro. Pol. Bogacę. Vng. Meg kazdagitom. Ang. To make riche.] Livius 1. bell. Pun. Castra militem ditavere. Plin. lib. 35. cap. 18: Quos enumerare jam non est, è sanguine Quiritum & proscriptorum licentia ditatos.

Ditesco, n. t. Dives fio: augmentativum à verbo inusitato Diteo. [עשר haschar] πλουτέω. Gall. Devenir riche, s'enrichir. Ital. Divenire ricco, arricchire. Ger. Reich werden. Hisp. Enriquecerse. Pol. Bogacęsię. Vng. Kazdagga leszek meg. Ang. To waxe riche.] Lucret. lib. 4: possunt tamen inde puellas Suscipere & partu possunt ditescere dulci.

Discalceo, as, act. p. Calceos exuo. [חלץ נעל chalats naal] ὑποδέω. Gall. Deschausser. Ital. Discalzare, scalzare. Ger. Entschuhen/die schuh abziehen. Hisp. Dscalçar. Pol. Wyzuwam, wyzuwam. Vng. Saruimat le vonsz om. Ang. To put of shooes.] Sueton. in Nerone: Circa cultum, habitumq; adeò pudendus, ut comam semper in gradus formatam peregrinatione Achaica etiam pone verit cum summiserit, ac plerumq; synthesim indutus, ligato circum collum sudario, prodierit in publicū sine cinctu & discalceatus. Heb. יחף jacheph.

Discapedino, as, penultima correp. à capedine fit. Resero, aperio. [פתח pathach] διανοίγω. Gall. Ouvrir. Ital. Aprire. Germ. Auffschliessen/auffthun. Hisp. Expedir o abrir. Pol. Otwieram. Vng. Megnyitom, el tavoszthom. Ang. To open, to make patent.] Apuleius: Pragnis primus in canendo manus discapedinavit. Verbum elnovum Apuleio parente natum.

Discăveo, A Plauto usurpatum est pro diligenter caveo. [נשמר nischmar] διαφυλάττομαι. Gall. Se donner bien garde de son part. Ital. Guardarsi bene. Ger. Wol verhüten. Hisp. Proveerse muy bien. Pol. Strzegęsię. Vng. Szorgalmatossan el tavoztatom. Ang. To be ware and circumspect on all parties.] Ita enim legitur in Menæchmis: Dictum facesse elatum, & discaveas malo.

Discēdo, dis, pen. prod. n. t. Recedo, abeo, proficiscor, migro, demigro. [הלך halach] ἀπέρχομαι. Gall. Se partir, s'en aller. Ital. Partirsi, andar via. Ger. Hinwegziehen/hinweichen. Bel. Weckgaen. Hisp. Partirse de lugar. Pol. Odchodzę. Vng. El megyek. Ang. To go or passe away, to depart.] Plin. Facessite hinc, atq; à nobis discedite. ¶ Interdū ponitur pro excipere, ἐξαιρεῖσθαι, ut si dicam: Quum discessi à parentibus, nemo est mihi te charior: id est, parentibus exceptis. Cicero Lentulo: Sic tamen existimare te velim: quum à vobis salutis meæ autoribus discesserim, neminem esse cujus officiis me tam esse devinctum nō solùm confitear, sed etiam gaudeam. ¶ Interdum pro distendi, dividi, χάσκω, διαιρεῖσθαι. Cic. lib. 3. Offic. Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui quum terra discessisset magnis quibusdā imbribus, in illum hiatum descendit. ¶ Discedere in sententiam, est alterius sententiam approbare, μεταβαίνειν. Mos enim fuit antiquorum, quum in tanto Senatorum numero, longum foret singulorum sententias audire, eos tantùm qui cæteris dignitate antecellebant, sententiam rogare. Deinde duabus tribusve jam dictis sententiis, reliqui ad eos quorum judicio subscribebant, transibant.

Discēdĕre, non est semper de loco abire: nam lib. 11. ad Atticū: Si possum, inquit, discedere, ne causa optima in senatu pereat: id est, si possum consequi, si hunc exitum res habere potest: idem verbum ad eandem sententiam transtulit Terent. apud quem ita loquitur Geta servus in Phormione: Modò ut hoc consilio possit discedi, ut illam ducat. Ex Aldi comment. Ad Att.

Discēssĭo, verbale, f. t. Abitus, discessus. [לכת lecheth סרה sarah] διαχώρησις. Gall. Departement, separation. Ital. Il partirsi, la partita. Ger. Hinweichung/hingang. Hisp. La partida de lugar. Pol. Odstęp, odeiście. Vng. El menés. Ang. A going away, a departing.] Cicer. 2. Offic. Eorum neq; accessione melior vita fit, neq; discessione pejor. ¶ Ponitur interdum discessio pro divortio. Terent. in Andr. Nempe incommoditas deniq; huc omnis redit: Sic eveniat (quod dii prohibeāt) discessio. ¶ In foro quoq; dicimus Discessionem fieri in sententiam alicujus, quum Senatores è sua sede ad eum transeunt, cujus sententiam approbant. Cic. 6. Verr. Atq; adeò quum jam non solùm discessio facta esset, sed etiam perscriptum, atq; in tabulas relatum.

Discēssŭs, us, ui, m. q. verbale à discedo, Discessio. [לכת lecheth סרה sarah] διαχώρησις. Gall. Departement. Ital. Dipartimento, la partita. Ger. Hingang/hinfahrt. Hisp. La partida de lugar. Pol. Odeiscie, odstąpienie. Vng. El menés. Ang. A going away, a departing.] Cicer. 5. de Finib. Quinetiam quum decreverit esse moriendum, tamen discessu à suis, atq; ipsa relinquenda luce moveatur. Discessum è vita, pro morte posuit idem Cicer. libro 1. de Divin. O' præclarum (inquit) discessum è vita. ¶ Discessus terræ, pro terræhiatu, & chasmate accipitur. Item Discessus cœli, pro subita cœli disruptione, qualem nobis videmur videre, quum fulgura, aut coruscationes apparent. Cicer. 2. de Divin. Ita te nec terræ fremitus, nec cœli discessus, nec lapideus, aut sanguineus imber, nec trajectæ stellæ, nec faces visæ terrebunt?

Discĕpto, tas, n. p. Disputo, cōtendo, decerto. [ריב rab משפט mischpat הוכיח hochiach פלל pillel] διαγωνίζομαι, ἀμφισβητέω. Gall. Debatre & disputer de quelque different. Ital. Disputare, contendere. Germ. Zancken/streitten. Bel. Stryden/disputeren. Hisp. Contender disputando. Pol. Swarzę sie, sprzeciwam sie. Vng. Hauyakodom valami dolgon, haiszolodom. Ang. To dispute or reasone of any thing, to contend.] Cicer. Fam. 4. Postquam armis disceptari cœptum est de jure publico. ¶ Aliquando etiam moderor, compono, διαλλάσσω quod ad verbum è Græco dictum esse videtur. διακρίνω, διαιτάω, διαγινώσκω, vel (ut alii exponunt) judico, arbitror, cognosco. In qua significatione accusativum regit. Cic. pro Milone: Et isti est præpositus quæstioni, qui hæc justè, sapienterq; disceptet. ¶ Est etiam alius hujus verbi elegās usus apud Cicer. Famil. 10. ad Plancum Imp. Quamobrem, inquit, quanquam in uno prælio omnis fortuna R P. disceptat, quod quidem, quum hæc legeres, jam decretum arbitrabar: foretamen ipsa fama, quæ de tua voluntate percrebuit, magnam es laudem consecutus. Id est, quanquam omnis Reip. fortuna de tui prælii exitu pendet.

Discēptātŏr, Rei sententiæq; arbiter, judex. [פלילי pelili מוכיח mochiach] διαιτητής. Gall. Iuge ou arbitre. Ital. Giudice ò arbitro. Germ. Ein Schiedmann/der ein handel entscheidet. Bel. Bidderman. Hisp. Contendedor que disputa, juez, arbitro, arbitrador. Pol. Rozjemca, rozpadziec. Vng. Itélő biro. Ang. A iudge or arbitrour, a dayes man.] ut docet Cic in part. ad Filium: Nam aut auscultator est (inquit) qui audit, aut disceptator: id est, rei sententiæq; moderator. Idem ad Sulpic. lib. 13. Vt omnibus in rebus, & quæ in aliquam controversiam vocarentur, te arbitro: & quod commodo tuo fieri posset, te disceptatore uterentur.

Discēptātrix, [פלילית pelilith מוכחת mochachath] ἡ διαιτητής, ἡ διαγνώμων. Gall. Celle qui iuge. Ital. Donna che giudica. Germ. Richterin. Hisp. Contendedora, que disputa, arbitradora. Pol. Ta ktora rozpadza. Vng. Itélő asszony. Ang. She that iudgeth or is arbitrour.] Cic. 4. Acad. Dialecticam inveniam esse dictus veri & falsi quasi disceptatricem & judicem.

Discēptātĭo, f. t. Causa & lis. [פליליה pelilijah] διαγνώμονία, διάγνωσις. Gall. Debat en paroles, dispute, controversie. Ital. Contentione. Ger. Ein span oder streittiger handel. Hisp. Aquella contienda disputando. Pol. Niezgoda, posmarsk. Vng. Vetés kődés fordés harsolodás. Ang. A stryuing in wordes, controversie.] Cicer. 2. de Divin. Cum quibus omnis ferè nobis disputatio contentioque est. Disce-

est, Disceptatio pro arbitratu & cognitione. Vlp.l.Quum ij.§. si cui.ff.de Transact.Hæc omnia habent disceptationem Prætoris:& pro utilitate alimentarii accipienda sunt.

Disceptatiuncula, f.p. diminut. à disceptatio. [Pol. Poswarek. Vng. Vizzgannia fotika vetelkbödoelleske, bársoboda fotika.] Gell. lib.20.cap ult. Ea omnia subcisiva & subsecundaria tempora ad colligendas hujusmodi memoriarum disceptatiunculas conferam.

Discerno, is, act.t. discrevi, discretum, Separo, divido, dijudico, distinguo, dispicio. [חקך chakár בחן bachán החיר hichchir הבדיל hibdil. διακρίνω, διαγνῶναι. Gall. Discerner, separer, & cognoistre l'vn de l'autre, diviser. Ital. Dividere, separare. Ger. Vnderscheiden. Hisp. Apartar. Pol. Rozłączam. Vng. Meg valasztom. Ang. to separat, to discerne or knaw one frome an other.] Cic.3.Tuscul. Democritus alba & nigra discernere non potuit. ¶ Quandoque distinctè cognosco. διαγινώσκω. Terentius in Adelph. Quid hoc (malum) infelicitatis? nequeo satis discernere, Nisi me credo huic esse natum rei, ferundis miseriis. ¶ Discernere litem. Virgil.12.Aeneid. Saxum antiquum, ingens, campo qui forte jacebat, Limes agro positus, litem ut discerneret arvis.

Discretus, ta, tum, particip. passivæ significationis à discerno: [מובדל mubdál. διακεκριμένος. Gal. Separé & divisé. Ital. Separato. Ger. Vnderscheidet. Hisp. Apartado. Pol. Rozłączony, przegrodzony. Vng. Meg valasztatot. Ang. Severed, separated.] Jur. Discreta femina apud Colum. id est, separata. Plin.lib.13. cap.30: Discretæ suis nominibus sylvæ. Hujus compositum protulit Plin. Indiscreta propè specie fuêre: id est, indifferenti. ἀδιάφορον. Valla exponit activè, ut sit Discretus qui qualitates personarum ac rerum momenta discernit. Sed nullum attulit exemplum, nec ullum afferri posse arbitror, nisi in passiva significatione.

Discretio, nis, verb. f.t. Separatio, distinctio. [גזר gézer. διάκρισις. Gall. Discretion, distinction, separation. Ital. Divisione, separatione. Ger. Vnderscheidung/absonderung. Hisp. Apartamiento. Pol. Rozłączenie, rozdział. Vng. Meg valaszdás. Ang. A separating, a severing.] Lactant.lib.7: Quum vis aliqua utrumque discreverit: quæ discretio mors vocatur. Autor ad Heren.lib.4. sic definit: Discretio vocatur quæ rerum consequentium continet perspicuam & dilucidam cum gravitate expositionem. Aliquando pro delectu, κρίσις.

Discretè, adverb. non significat providè aut sapienter (ut nonnulli existimant) sed separatim & distinctè: huic opponuntur Confusè, perturbatè. [χωρίς. Gall. Separement, distinctement. Ital. Separatamente. Ger. Vnderscheidenlich. Hisp. Apartadamente. Pol. Osobnie, rozno. Vng. Kvlön valasztua. Ang. Asunder, severally.] Cic.lib.1. de Invent. In præsentia tantummodò numeros & modos, & partes argumentandi confusè & permistè dispersimus: pòst discretè & electè in genus quodque causæ, quid cuique conveniat, ex copia hac digeremus.

Discretim, aliud adverb. Varr. de Re rust.lib.1.cap.3: Quoniam discretim de his rebus dicendum est.

Discrimen, pen. product. n.t. Separatio, differentia. [מחלוקת machalóketh גזר gézer. διαφορά. Gall. Difference. Ital. Differenza. Ger. Vnderscheid. Hisp. Differencia. Pol. Rożność, rozdział. Vng. Kvlömbség. Ang. Difference, diversitie.] Cic. Totumque discrimen summi boni in earum comparatione positum putat. Salust. Laudamus divitias, prosequimur inertiam, inter bonos & malos nullum est discrimen. ¶ Accipitur etiam pro intervallo sive distantia: Cicer. de lege Agrar. contra Rullum: Duo maria pertenui discrimine separata. ¶ Item pro divisione & capillorum exornatione, sive compositione quæ fit discerniculo. [מקשה mikschéh. διάκρισις. Gall. Separation. Ital. Separatione. Ger. Scheidung des Hars. Hisp. Apartamiento. Pol. Przedział włosów. Vng. Hay valaztas. Ang. A severing and crisping of the heare.] ¶ Et Discrimen, certamen. [ἀγών. Vng. Viadal.] Virgil.5. Aeneid. post hos æquo discrimine Pistrix Centaurusque, locum tendunt superare priorem. ¶ Rursus discrimen periculum dicitur. [אסון asón משכנות mischenúth. κίνδυνος, ἀγών. Gall. Danger, peril. Ital. Pericolo. Germ. Ein gefahr. Hisp. Peligro. Vng. Veszedelem. Ang. Danger, peril.] Virg.lib.1. per tot discrimina rerum Tendimus in Latium. Cæsar 6.bel.Gal. Videt imminere hostes, atque in summo rem esse discrimine.

Discrimino, as, pen. cor. Divido, separo, distinguo. [הבדיל hibdil. διακρίνω, διαχωρίζω, διαιρῶ. Gall. Separer, distinguer, discerner. Ital. Dividere, dispartire. Germ. Vnderscheiden. Hisp. Apartar. Pol. Dzielic rozno. Vng. Meg valasztom. Ang. To mak difference, to sever.] Cic. in Philip. Hetruriam discriminat Cassia. Lucret. lib.2. Sed fortè putes animalia sola teneri Legibus his: quædam ratio discriminat omnes.

Discriminatus, partic. Distinctus. [מובדל mubdál. διακεκριμένος. Gall. Distingué, separé. Ital. Distinto. Ger. Ein vnderscheid. Hisp. Apartado. Pol. Rozdzielony. Vng. Meg valasztatot. Ang. Severed, separated one frome another.] Liv.1. belli Pun. Virgiliarum somnique nec die nec nocte discriminata tempora.

Discriminatim, adverbium, significat Differenter. [διακεκριμένως. Gall. Discernement, en diverses sortes, separement. Ital. Differentemente. Ger. Vnderscheidenlich. Hisp. Diversa ò apartadamente. Pol. Rozdzielnie. Vng. Meg valasztatot. Ang. Severally, a sunder.] Var.r. de Re rustic. Eadem de causa sunt quæ non possunt vere, nisi in loco aquoso, aut etiam in aqua, & discriminatim & alia in lacubus: ut arundines in Aretino: aliæ fluminibus, ut in Epiro arbores alni.

Discriminator, ris. [διαιρετής. Pol. Rozdzielacz. Vng. Meg valasztó. Ang. A severer.] Apul. de Mundo: Axis est dictus divisor & discriminator mundi.

Discriminatio, Separatio. [διάκρισις. Pol. Odłączenie. Ang. A severing or separating.] Diomedes grammat. lib.1: Nomen est quo Deus, aut homo propria duntaxat discriminatione pronunciatur. Ibidem: Sine speciali discriminatione.

Discriminale, n.t. Acus est quæ crines dividit ad concinnandum caput: [חריט charit. ἀναδέσμη. Gall. Vn poinson de quoy vsent les femmes à faire crestes de leur cheveux. Ital. Scriminale. Germ. Ein pfriemb mit welchem die Weyber das har scheitlen. Hisp. Partidor de los cabellos. Pol. Szpilka ktora biał'egłowy włosy dzielą. Vng. Hay valaszto tö fusü. Ang. A pinne of wood or ivory to trimme and crispe the heare with.] ut apud Iesaiam: Discriminalia & periscelides, & murænulas & olfactoriola.

Discerniculum, n.t. Instrumentum quo mulierum capillus discernitur. [חריט charit. ἀναδέσμη. Gall. Vn poinson dont vsent les femmes à faire les crestes de leur cheveux. Ital. Scriminale. Germ. Ein instrument mit welchem die Weyber die scheitlen machen. Hisp. Apartador de los cabellos. Pol. Instrument do dzielenia włosów. Vng. Hay valaszto fusü. Ang. A pinne of wood or ivory to crispe and trimme the heare with.] Varr. lib.4. de lingua Latin. Discerniculum est quo discernitur capillus. Nonius: Discerniculum acus quæ capillos mulierum ante frontem dividit: dictum à discernendo. Transumitur ad quamvis differentiam seu discrimen. διαφορά. Gell. lib.7: Tum comperi duas species hellebori esse, discerniculo coloris insignes, candidi & nigri.

Discerpo, pis, psi, ptum, act.t. ex dis & carpo, Distraho, discindo, dilacero, divello. [טרף taraph. διασπαράττω, διασπαράσσω. Gall. Mettre en pieces, deschirer. Ital. Sbranare, squarciare. Ger. Zerreissen/zerzerren. Bel Verscheuten. Hisp. Partir y despedaçar en pedaços. Pol. Rozrywam. Vng. El szaggatom. Ang. To dismember, to teare in pieces.] Cic. in Topicis: Quum res quæ proposita est, quasi in membra discerpitur. Varro: Duabusque admotis quadrigis alligatum corpus, equis in diversum iter concitatis, discerpsere.

Discerptus, participium. [נטרף nitraph. διασπαραχθεὶς διασπασθείς. Gal. Depecé, rompu en pieces, deschiré. Ital. Sbranato, stracciato in pezzi. Germ. Zerrissen/zerzerret. Hisp. Despedaçado. Pol. Rozrywany. Vng. El szaggatatot. Ang. Torent or torne in pieces.] Cicer.3. de Orat. Quæ complecti tota nequeunt, hæc facilius divulsa & quasi discerpta contrectant. Liv.lib.1. ab urbe: Fuisse tum quoque aliquos, qui discerptum regem patrum manibus tacitè quoque arguerent.

Disceus, à Plin. lib.2. cap.25. accipi videtur pro cometa, sive simili aliqua aëris impressione: Easdem (inquit) breviores & in mucronem fastigiatas, xiphias vocavêre, quæ sunt omnium pallidissimæ, & quodam gladii nitore ac sine ullis radiis, quos disceus suo nomini similis, colore autem electro, rarò è margine emittit.

Discindo, dis, discidi, pen. corr. act.t. à dis & scindo. [קרע karáh. διασχίζω. Gall. Fendre, separer en coupant. Ital. Fendere. Ger. Zerschneiden/zerspalten. Hisp. Hender. Pol. Rozpłatam, rozłupię. Vng. El metélem, hasogatom. Ang. To cutt asunder in pieces.] Terent. in Adelph. Vide ut discidit mihi labrum. Idem in Evnuch. Vestem omnem miserè discidit. Cicero pro Cælio: Discidit vestem? resarcietur? ¶ Discindere amicitias: Cic. de Amic. Tales igitur amicitiæ sunt remissione usus levandæ, & (ut Catonem dicere audivi) dissuendæ magis quàm discindendæ sunt.

Discissus, particip. [קרוע karúah. διεσχισμένος. Gall. Deschiré, desrompu. Ital. Stracciato. Ger. Zerrissen/zerschnitten. Hisp. Cortado, despedaçado. Pol. Rozerwany, rozpłatany. Vng. El hasogatatot, metéltetet. Ang. Cut, rent, torne in pieces.] Virg.3. Georg. Discissos nudis laniabant dentibus artus. Stat.1.Syl. Hunc neque discissis cœpissent Pergama muris.

Discingo, is, xi, ctum, act.t. Quod cinctum erat dissolvo: huic contrarium Cingo. [פתח pittéch. διαζώννυμι. Gall. Descendre, desfarmer. Ital. Scingere. Ger. Entgurten/oder aufgurten. Hisp. Desceñir. Pol. Rozpasuje. Vng. Meg oldom, le vetem. Ang. To ungirde.] Martial. lib.9: Peltatam Scythico discinxit Amazona nodo. ¶ Nonnunquam etiam per translationem pro enervare seu confutare, vel etiam retundere accipitur. Vnde discingere dolos ratione dixit Syl. lib.7. pro eo quod dicimus dolos ratione & consilio retundere. Discinxit (inquit) ratione dolos, fraudesque resolvit.

Discinctus, particip. [מתחשׁ mephattach. ἄζωστος. Gall. Desceint, desarmé. Ital. Discinto. Germ. Außgürtet. Hisp. Sin ceñidero, que no es ceñido. Polonice Rozpasany. Vng. Meg óldatot ſe ... Angl. Vngirded.] Liv. 8. bel. Pun. Districtis gladiis discinctos destituit. Antiqui negligentes & desides appellabant discinctos & intemperantes, ... contrà, Accinctos, solertes, strenuos vocabant: quod à re ipsa deductum est. Molles enim demissis, discinctisq; vestibus uti solent: strenui verò atq; industrii, quò sint ad res exequendas promptiores, succincti incedunt. Persius Satyr. 3: Non pudet ad morem discincti vivere Nacci? Nepos discinctus: id est, omni luxuria diffluens. Horat. Epod. Ode 1. Ovid. 1. Amor. Ipse ego segnis eram, discinctaq; in otia natus. Mollierant animos lectus & umbra meos. Liv. 5. bel. Maced. Nihil primo aspectu contemptius: equi hominesque paululi, & graciles discinctus & inermis eques. Serv. Discincti, inhabiles sunt militiæ: omnes enim qui militant cincti sunt: unde discincti, inefficaces & ignavi dicuntur, sicut è contrario præcinctos vocamus διεζωσμένους.

Discludo, dis, act. t. Excludo, separo, disjungo. [חלק chalak הבדיל hibdil. διαχωρίζω. Gall. Ouvrir, desfermir, separer. Ital. Separare, dividere. Germ. Außschliessen / von einander abtheilen / absündern. Belg. Afscheiden. Hispan. Echar defuera. Pol. Dzielic ... Vng. Kirekesztem. Angl. To shutte out, to disioyne.] Cic. 1. Tuscul. Perturbationes semotas à mente & disclusas putat. Lucretius: Cum paribus jungi res, & discludere mundum. Cæsar 7. bel. Gal. Qui Arvernos ab Helvetiis discludit: id est, disjungit. Cic. 1. Tusc. Duas partes separare voluit, iram & cupiditatem, quas locis suis disclusit: iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locavit. Varr. 3. de Re rust. cap. 17: Hi loculatas habent piscinas, ubi dispares disclusos habent pisces.

Disclusio, nis, f. t. [διαχώρισις. Polon. Rozłączenie. Vngar. Kirekesztés.] Apuleius lib. de Deo Socratis: Fac intelligas nō modò loci disclusione, verùm etiam naturæ dignitate.

Disco, is, n. t. didici. Percipio, disciplinam accipio, cognosco, perdisco. [למד lamadh אלף alaph. μανθάνω. Gall. Apprendre. Ital. Imparare. Germ. Lernen. Hisp. Deprender, apprender de nuevo. Pol. Vczę ſię. Vngarice, Tanulok. Ang. To learne.] Plautus in Trucul. Literas didicisti: quando scis sine alios discere. Cic. 4. Academ. Ab eo enim Stoico Dialecticam didicerat. Terent. in Adelph. Pater esse disce ab aliis qui verè sciunt. ❡ Hujus composita sunt Addisco, Condisco, Dedisco, Edisco, Perdisco, perfectè seu valde disco: quæ vide suis locis.

Disciplina, f. p. Ars, doctrina. [לקח lekach. μάθησις, μάθημα, ἀγωγή. Gall. Discipline, enseignement, reglement, observance. Ital. Dottrina, disciplina. Ger. Lehr oder vnderweisung so einer von seinem Lehrmeister nimpt. Belg. Onderwysinghe / konst. Hisp. Doctrina, o enseñança. Pol. Nauka, ćwiczenie. Vng. Tudomany, fenyiték, mesterség. Ang. Doctrine, knowledge which a scholler apprehendeth by one other.] Doctrina est prout à doctore traditur: διδασκαλία. ❡ Accipitur autem & in malam partem. Plautus in Bacch. Eadémne erat hæc disciplina olim, quum tu adolescens eras? Ibidem: Tua disciplina nec mihi prodest, nec tibi. Et in bonam pro bono vivendi modo in Rep. Vnde Cicero queritur se incidisse in perturbationem veteris disciplinæ. Sic apud Valerium Maximum caput est de militari disciplina: id est, de observatione bonorum morum inter milites. ❡ Disciplina pro instituto. Plaut. in Asin. Eadem nos disciplina utimur. ❡ Disciplinam pro secta philosophorum ponit. Cic. 5. Tusc. Omnes ferè philosophi omniū disciplinarum, nisi quos à recta ratione natura vitiosa detorsisset, hoc eodem animo esse potuerunt. Doctus ex disciplina Stoicorum. Cic. de Clar. Orat. ❡ Disciplina pro exemplo. Plautus in Mostel. Disciplinæ aliis eram.

Disciplinabilis, le. [μαθητός, ἐπιστητός. Polon. Nauczający. Vng. Tudomanybol valo.] ad Herenn. libr. 3: Aut si qua in re cohortabimur aliquem, cujus rei aliquam disciplinabilem scientiam potuimus habere, & quomodo, aut qua quidq; ratione fieri oporteat ostendemus.

Discipulus, m. f. & in fœ. Discipula, Auditor, qui se alicui in disciplinā tradit. [תלמיד talmidh. φοιτητής, μαθητής, ἀκροατής. Gall. Disciple, aprenti, celuy qui apprend. Ital. Discepolo. German. Ein Lehrjunger / Lehrmeidlin. Hispan. Discipulo. Polon. Discipul', uczeń. Vng. Tanituany. Ang. A disciple, a scholler or apprentice.] Cicer. 2. Offic. Orator parum vehemens, dulcis tamen, ut Theophrasti discipulum possis agnoscere. Plaut. in Bacch. Magistróne quēquam discipulum minitarier? Nihil moror discipulos mihi esse tam plenos sanguinis. Plin. li. 10. cap. 29: Audit discipula intentione magna & reddit. Plaut. Aul. Continuò hercle ego te dedam discipulam cruci.

Disciplinosus, Dicitur qui tàm bonas quàm malas artes facilè discit. [εὐμαθής. Pol. Łacny do uczenia. Vngar. Kinnyen tanulo.] Hinc in reprehensione dictus est disciplinosus gladiator à Catone. Ex Perotto. ❡ Disciplinosus, verbum Marci Catonis, teste Gellio lib. 4. cap. 9: Disciplinosus, consiliosus, victoriosus, quæ M. Cato ita assiguravit.

Discobolus, pen. corr. [δισκοβόλος. Polon. Mistrzieci bliącha. Vng. Pen kö ...] Qui discum jaculatur, ἀπὸ τοῦ βάλλειν τὸν δίσκον: id est, à jaciendo disco. Quint. libr. 2: Quid tàm distortum & elaboratum quàm est ille discobolus Myronis?

Discœlii, qui durioris sunt alvi.

Discolor, penultima correpta, adjectivum, om. t. Quod est diversorum colorum. [צבעים בעל tsabhah. ποικίλος. Gall. De diverse coleur, different en couleur. Ital. Di diversi colori. Ger. Von mancherley farben. Hisp. De diversos colores. Pol. Rozmaicie farbowany. Vng. Külömb külömb szinü. Ang. Of sundrie colours.] Martial. libro 14: Discolor hic gemino calculus hoste perit. ❡ Per translationem etiam accipitur pro dissimili. Horat. libro 1. Epistol. Vt matrona meretrici dispar erit, atque Discolor, infido scurræ distabit amicus.

Disconvenio, n. q. Non convenio. [נחלק nechelak. διαφωνέω. Gal. Estre different, & ne convenir ou s'assembler point. Ital. Disconvenire. Germ. Nicht vberein kommen / mißhellen. Belg. Oneens syn. Hisp. Desconvenir. Polonice, Nie zgadzam ſię, rozni ... Vng. Nem egyezek, külömbözök. Ang. To disagree or differ.] Horat. 1. Epist. & vitæ disconvenit ordine toto. Idem: Non eadem miramur, eò disconvenit inter Meque & te. *J. Ep. XIV. 18.*

Discoquo, is, ere, Coquo, decoquo. [אפה aphah בשל bischschel. ἀφέψω. Gall. Faire cuire. Ital. Cuocere. German. Kochen oder verkochen. Hisp. Cozer. Pol. Wywarzam. Vngar. Meg fözöm. Ang. To seeth.] Plin. lib. 22. cap. 25: Nostri præcipiunt arietinū in aqua cum sale decoquere. Ibidem: Alvum sistit in cibo, magisq; discocta cœlesti aqua.

Discors, discordis, om. t. ex dis, & cor Dissentiens, discordans. [נחלק nechelak. διχογνώμων. Gall. Discordant, mal accordant. Ital. Discorde. Germ. Zweytrechtig / vneins. Belg. Tweedrachtig. Hisp. Cosa discorde. Pol. Niezgodliwy, swarliwy. Vng. Vizzavonyo, haborgo, nem egyezö. Ang. That discordeth or agreeth not.] ut, Secum ipsa discors, apud Liv. 2. ab Vrb. Cic. 2. de lege Agrar. Non ambitione, non contentione discordes. Ovid. 3. Amor. Quid tibi discordes addere in arma viros? ❡ Antiqui dicebant Discordis, hujus discordis. Pom. Blanda, fallax, impotens, superba, discordis.

Discordo, as, are, act. p. Dissideo, dissentio, discrepo. [נחלק nechelak. ἀσυμφωνέω, στασιάζω. Gall. Discorder, mal accorder. Ital. Discordare. Germ. Zweytrechtig oder vneins seyn. Hisp. Discordare. Pol. Nie zgadzam ſię. Vngar. Vizzatvonyok, nem egyezök, haborgok. Angl. To discord, to disagre, or to be at variance.] Cicero 1. de Finib. Sed intùs etiam in animis inclusæ, inter se dissident atque discordant. Colum. libro 9. cap. 11: Domino mortuo familia nimia licentia discordat. Terent. Andr. Qui scis eos nunc discordare inter se?

Discordia, f. p. Dissidium, dissentio, seditio. [מחלקת machaloketh מדון madhon. διαφωνία. Gal. Discord, dissention. Ital & Hisp. Discordia. Germ. Zweytracht / vneinigkeit. Belg. Tweetrachticheyt. Pol. Niezgoda. Vn. Vizzavonyás haborusag. Ang. Discorde, disagreing, or strife.] Cicer. 4. Tusc. Discordia est ira acerbior intimo odio, & corde concepta. Idem de Amicit. Quanta vis amicitiæ concordiæque sit, ex dissentionibus atque discordiis percipi potest. Veteres autem pro discordia dixere discorditas: & inde discorditer adverbium.

Discordabilis, le, Quod discordat, & disconvenit. [נחלק nechelak. φιλόνεικος, διχογνώμων. Gall. Noisif, ané à mettre en faire mettre en discord. Ital. Discordevole. German. Das zweytrechtig ist / nicht wol zusammen stimmet. Hispan. Cosa discorde. Pol. Niezgodliwy. Vngar. Vizzavonyo, háborgo. Angl. That discordeth.] Plaut. in Capt. Me his valere, & tute audacter dicito Tyndare inter nos fuisse ingenio haud discordabili.

Discordialis, Qui discordiam excitat & parit. [διαφωνητικός, ζηλωτικός. Gall. Qui a fait ou engendre discord. Ital. Che genera discordia. Ger. Der zanck vñ vneinigkeit machet. Hispan. El que engendra discordia. Pol. Niezgodnik. Vng. Haborusag szerzö. Ang. That moveth discorde and strife.] Plin. lib. 37. cap. 10: Hyenæ pelle similem abominantur discordialem domibus.

Discordiosus, Qui discordiam seminat & lites serit, discordialis. [φιλόνεικος, ἐριστικός. Gall. Noisif, querelleux. Ital. Chi semina discordie. Germ. Zänckisch / auffrürisch / der voll zanck oder zweytracht steckt. Hispan. Lleno de discordia. Polon. Swarliwy / swarca. Vng. Haborgo, vizzavonyo. Ang. A sower of discorde or strife.] Vulgus discordiosum. Salust. in Iug. Nam vulgus (ut plerunque solet, & maximè Numidarum) ingenio mobili, seditiosum atque discordiosum erat, cupidum novarum rerum, quieti & otio adversum.

Discrepo, pas, penultima correpta, act. p. Discordo, dissentio, discrepans sum, quasi diverso modo crepo. [נחלק nechelak. διαφωνέω, διαφέρω, διαφέρομαι. Gall. Desaccorder, n'estre point d'accord. Ital. Discordare, non essere d'accordo. Germ. Anders lauten / mißhällen. Belg. Verscheyden luyden. Hisp. Discordar. Polon. Nie zgadzam ſię ... Vn. Külömbözök. Ang. To disagre, to jarre.] Cicero libro 1. Offic. Vt in fidibus, aut in tibiis, quamvis paulùm

paulùm discrepent, tamen id à scienti animadverti solet. Cic. Rufo: A meis rationibus tuę discrepant. Liv. lib. 38. posuit impersonale: Nec inter scriptores rerum discrepat solùm, sed oratores quoq; si modò ipsorum sunt quę feruntur.

Discrĕpĭto, as, frequentativum. [Græc. διαφωνέω. Vngar. Gyakran különbözik.] Lucret. libr. 2: Si non omnia sint, aut multò maxima pars est Consimilis, verùm positura discrepitant res.

Discrĕpāntĭă, tiæ, f. p. Dissensio, discordia. [מחלקת machaloketh. Græc. διαφωνία. Gall. Difference. Ital. Differenza. Germ. Underscheid/mißhällung. Hisp. Differencia. Pol. Roznica, niezgoda. Vn. Különbség. An. Difference, disagreing, variance.] Cic. 1. Offic. Inactiones omnemq; vitam, nullam discrepantiam conferre debemus. Idem 3. de Finib. Majorem multò habere Stoicos & Peripateticos rerum omnium discrepantiam, quàm verborū.

Discrētĭo, Discretus, Discrimen, Discriminale, Discrimino, Discriminatim, Vide DISCERNO.

Discrŭcĭor, aris, d. p. ejusdem significationis est cum suo simplici, & tàm ad animū quàm ad corpus refertur. [דאב daab, עצב hatsab. Græc. ἀνιάομαι. Gall. Tourmenter en plusieurs sortes. Ital. Affligere, cruciare. Germ. Übel geplagt werden/sehr gepeiniget werden. Belg. Seer gepijnigt worden. Hispanicè, Atormentare, fatigare. Pol. Trapię się, gryzę się. Vng. Kínlódom. Ang. To be sore tormented, vexed or grieved.] Cicer. 12. Philipp. Ut ille Trebonium, & (si posset) etiam Brutum, discruciatos necaret. Plaut. in Aulul. Discrucior animi, quia domo abeundū est mihi. In quo exemplo etiam illud observatione dignum est, quòd discrucior apud veteres cum genitivo conjungi solebat, more Græco: hodie autem cum ablativo. Plaut. in Caf. Ego discrucior miser amore.

Discŭmbo, is, n. t. Accumbo. [ישב jaschab. Græc. κατακλίνομαι, ἀνάκειμαι. Gall. Se coucher, s'en aller dormir, ou s'asseoir pour manger à la mode ancienne. Ital. Sedere à mensa. Germ. Zu tisch sitzen. Belg. Tot tafelen neder sitten. Hispan. Assentarse à la mesa. Polon. Do stołu siadam. Vngar. Le telepedem, asztalhoz ülök. Ang. To sitt downe at table, to ly, to go to bedde.] Gell. Apud cœnam Favorini philosophi quum discubitum fuerat, cœptusq; apponi cibus, servus assistens mensæ legere incœptabat.

Discŭbĭtōrĭi lecti, apud Plinium, in quo vel super quo discumbebant antiqui cœnaturi, ut differret à culcitra, qua in cubiculis utimur.

Discŭnĕātus, m. f. Quasi immisso cuneo apertus ac patens, sicut ligna diducta fiunt, & hiantia adactis cuneis. [Græc. διασφηνωθείς. Gall. Fendu avec un coing, entr'ouvert. Italicè, Aperto con cunei. Germanicè. Mit einem wecken gespalten/oder von einander getriben. Hispanicè. Hendido à abierto con cuñas. Polon. Rozpękniony, rozdarty. Vngar. Ekkel hasitatot. Anglicè, Cloven with a wedge.] Plin. lib. 9. cap. 30: Carent conchæ visu, omniq; sensu alio quàm cibi & periculi. Insidiantur ergo polypi apertis, impositoque lapillo extra corpus, ne palpitatu ejiciatur; ita securi grassantur, extrahuntque carnes: illæ se contrahunt, sed frustrà discuneatæ.

Discŭpĭo, Est valde cupio. [אוה ivvah. Græc. ἐπιθυμεῖ. Gallicè, Fort desirer. Italicè, Desiderar grandemente. Germanicè, Hefftig begeren. Hisp. Mucho codiciar. Pol. Barzo pożądam. Vng. Igen kévánnom, felettébb akarom. An. To covet greatlie.] Catull. Cum puero bello præconem qui videt esse, Quid credat, nisi se vendere discupere? Cælius Ciceroni: Peream si minima causa est properandi istò mihi, quòd te videre, & omnia intima conferre discupio.

Discurro, ris, n. t. In diversas partes curro. [שוט schut. Græc. διατρέχω. Gall. Courir çà & là. Ital. Correre in diverse parti. Ger. Hin und her lauffen. Hisp. Correr à diversas partes. Pol. Przebiegam się. Vngar. Ideoda futosok, kuritolok. Ang. To runne in sundrie partes, to runne hither and thither.] Liv. lib. 1: Signo dato juventus Romana ad rapiendas virgines discurrit.

Discursĭo, onis, f. t. [שוט schot. Græc. διαδρομή. Gall. Course deçà & delà. Italicè, Corso disordinato. German. Ein unordentlich geleuff. Hispan. Corrida en diversas partes. Polonicè, Bieganie nierządne. Vngar. Ideoda vala futosás, kuritolás. Ang. A running hither and thither in diverse partes.] Lactant. De opif. Totos dies in hujusmodi discursione consumunt.

Discŭrsŭs, m. q. Discursio. [שוט schot. Græc. διαδρομή. Gall. Course deçà & delà. Ital. Discorso, corso disordinato. German. Das hin und her lauffen. Hisp. Corrida en partes diversas. Pol. Przebieganie. Vng. Ideoda vala futosás. Angl. A running hither and thither in diverse partes.] Cæs. 8. belli Gallici: Magno clamore discursuque passim se fugæ mandant. Et apud Plin. libro 2. cap. 36: Discursus stellarum.

Discursitātĭo, nis, f. t. [Polonicè, Bieganie niemierne. Vngar. Alafél hagyás, kosfatás ideó vala járás.] Seneca de vitæ brevitate, cap. 3: Agedum ad computationem ætatem tuam revoca. Dic quantum ex isto tempore creditor abstulerit, quantum officiosa per urbem discursitatio.

Discus, m. q. [קערה kehárah. Græc. δίσκος. Gal. Un plat. Italicè, Piatto grande. German. Ein blatten/ein fleischteller. Belg. Een plateel. Hisp. Muy gran plato. Pol. Talerz, prastka miska. Vn. Tangér [illegible]. Angl. A dishe.] Vas latum (ut Julius Pollux inquit) ad portandas carnes aptum, fortè lanx. Cic. de Orat. Quorum auditores discum audire malunt, quàm philosophum: qui simul, ut increpuit, philosophum disputantem relinquunt. Unde ab Hieronymo dictus est Discophorus ille qui Danieli prandium portavit: Talem enim, inquit, discophorum inedia memorat hebdomadis. ¶ Est & Discus, rotunda quædam moles saxea vel plumbea, sive ferrea, cujus jactu juvenes inter se certabant, victorque evadebat, qui aut altius in sublime, aut longius in tractu ultra designatum spatium projecisset. [Angl. A coyte.] Martial. lib. 14: Splendida quum volitent Spartani pondera disci: Este procul pueri, sic semel ille nocens. Alludit poeta ad mortē Hyacinthi pueri, qui jactu disci ab Apolline est interfectus, & in florem sui nominis mutatus. De quo vide Ovid. 10. Metam. Hujusmodi disco videntur hodie uti nostri mimi & histriones, qui quæstus gratia corā populo gesticulantur, dum nescio quid ad formam disci rotundum & æreum jaculantur in aërem, deinde virga excipiunt: quos discobolos appellat Plin. libr. 35. cap. 1: hoc est, disci jactatores. Disci autem figura videtur fuisse plana & rotunda, ut nobis corpus solis apparet. Ideo etiam Græci solare corpus δίσκον dicunt. ¶ Hinc locus proverbio apud Cic. lib. de Orat. 2: Discum quàm philosophū audire malūt. Vulgus enim hominum propensius est ad quasvis ineptas voluptates quàm ad frugiferas. Per jocum transferri potest ad discum escarium, cujus crepitum multi libentius audiunt quàm vocem philosophi.

Discŭtĭo, tis, pen. cor. act. t. discussi, discussum, ex dis & quatio. Propriè in diversas partes rejicio, dispello. [דחה dachah, דחף dachaph, הלם halam. Græc. διασείω, διαφορέω. Gallicè, Esbranler, pousser, & faire en aller, dissoudre, resoudre. Ita. Scuotere, dibattere. Ger. Erschütten/zerschütten. Belg. Van den anderen breken. Hisp. Sacudir en diversas partes. Pol. Wstrząsam, rozstrząsam. Vngar. Elvonom, kérfelévérõm (item) meg viszgálom. Ang. To shake or strike of, &c.] Tribus arietibus aliquantum muri discussit. Ovid. 2. Metam. Tempora discussit claro cava malleus ictu. ¶ Per translationē modò ponitur pro removeo, seu resolvo. Græc. διαλύω. Cic. 12. Phil. Discussa est illa caligo, quam paulò antè dixi: diluxit, patet, videmus omnia. Colum. lib. 7: Etiam languor & nausea discutitur, si integrum gallinaceum crudum ovum jejuni faucibus inseras. Cels. lib. 3. cap. 8: Nisi interdum jam horrore discussa. ¶ Discutere medicis est ulcus sive collectionem citra suppurationem dissipare, & disjicere, διαφορεῖν. Hinc discussoria medicamenta, διαφορητικά: & vis discussoria. Plin. lib. 30. cap. [illegible] per se cinis inanium cochlearum ceræ mistus discussoriam vim habet. ¶ Modò variis modis examino, investigo. [חקר chakar. Græc. ἐξετάζω, ἀνακρίνω.] Cic. 4. Acad. Oportet igitur nos esse armatos, ut occurrere possimus interrogationibus eorum, captionesque discutere. Lactant. Hæc enim pravitatis est causa ignoratio sui: quam siquis cognita veritate discusserit, sciet quemadmodum sibi vita degenda sit.

Discussor, ris, Calculator. [Græc. λογιστής. Pol. Rozpytujący. Vn. [illegible] számtartó.] Jul. Firmicus Matheseos lib. 3: Exactores imperatorum, & qui annuas fiscaliorum præstationes reperiunt discussores, rationales, &c. Discussor alias pro investigatore, inspector, Macrob. Comment. lib. 1. cap. 21: Hoc loco diligens rerum discussor invenit quod requirat.

Discussĭo, nis, f. t. Solutio, inquisitio. [Græc. ἐξέτασις. Vngaricè, Vizgálás foyás.] Macrob. Comment. lib. 1. cap. 16: Sequitur discussio, quid sit, quod adjecit. ¶ Aliàs Discussio est percussio in diversas partes: ut Seneca Quæst. Natur. lib. 6. cap. 19: Quemodo in dolio cantantis vox per totum cum quadam discussione percurrit ac resonat.

Discussum, Quod examinatum, aut judicatum est. Et actus ipse Discussio. ἀνάκρισις. Et Discussor, qui discutit. [ἐξεταστής. Pol. Rozpytujący. Vngar. Meg vizsgáltatot.]

Discussores, um, m. t. Inquisitores & æstimatores facultatum hominum sunt. Heg. in tit. C. de Discusa.

Disertus, Diserte. Vide DISSERO.

Disertiones, Divisiones patrimoniorum inter consortes. Festus.

Disjĭcĭo, cis, pen. cor. act. t. In diversas partes jacio, dispergo. [נפץ naphats, נתץ nathats. Græc. διασκεδάζω. Gall. Jetter par terre çà & là, faire escarter. Ital. Gettare in diverse parti. German. Hin und her werffen. Hispanicè, Derramar echando, à echar en diversas partes. Polon. Rozrzucam, rozmiatam. Vng. El hányom, ideó-tova hányom. Ang. To cast a sunder, to scatter.] Virgilius 1. Aeneid. Disjecitque rates. Liv. 1. ab Vrb. At primò tentata res est, si dispositis clientibus absterrendo singulos à concionibus, conciliisque, disjicere rem possent.

Disjectus, participium, Dispersus. [נפץ naphuts. Græc. διασκεδασθείς. Gall. Jetté çà & là, espars. Ital. Gettato quà & là. Ger. Zerstrewet/hin und her geworffen. Hisp. Derramado echando, à echado en diversas partes. Pol. Rozmiotany, rozrzucony. Vng. El hányatatot, ideó-tova hányattatot.

hanyattatot. Ang. Cast a sunder, scattered.] Cicer. Att. libr. 5: Nos disjecta manu adversariis pares esse non possumus. Horat. in Carm. tectaq; Penthei disjecta non levi ruina.

Disjecto, ctas, ctare, frequentativum. [διασκεδάζω. Pol. Rozrzucenie. Vngar. El hanyogatom. Ang. To disparkle often.] Lucret. lib. 2: Sed quasi naufragiis magnis, ventisq; coortis Disjectare solet magnum mare transtra, carinas, Antennas, proram, &c.

Disjungo, act. 1. Separo. [הבדיל hibdil חלק chalak. διαζεύγνυμι, διαιρέω. Gall. Desjoindre, desjoupler, separer. Italice. Disgiungere, separare. Germanice. Von einander fügen/absünderen. Hispan. Desunir ò apartar. Pol. Lacze. Vn. El valasztom. Ang. To vnioyne, to separate, to vnyoke.] Cic. Lentul. Nam ab orationibus disjungo me, refero; ad mansuetiores Musas. Terent. in Hecyr. Atqui ea res multò maximè disjungit illum ab illa. Cicer. 2. Philip. Ipse enim Pompeium à mea familiaritate disjunxit.

Disjunctus, participium. [מבדל mibdal. διαζευχθείς. Gall. Desjoinct, desjoupli, separé. Ital. Separato, disgiunto. Ger. Abgesündert/von einander gelegt. Hisp. Desunido, ò partado. Pol. Rozlaczony. Vngar. El valaztatot. Ang. Vnyoked, vncoupled.] Cicer. pro Rosc. Amer. Quæ vita maximè disjuncta à cupiditate, & cum officio cōjuncta. Idem 2. Philip. Opera mea Pompeium à Cæsaris amicitia esse disjunctum.

Disjunctus, m. q. Nomen ex participio. [Pol. Rozlaczeni. Vng. El valaztatot. Ang. A farre of, a sunder.] Cic. pro Marcel. Nec verò disjunctissimas terras citius passibus cujusdā potuisse peragrari, quàm tuis non dicam cursibus, &c. Idem 4. Academ. Nihil est enim ab ea cogitatione, quam habemus de gravitate sapientis, errore, levitate, temeritate, disjunctius.

Disjunctio, f. t. Separatio. [גזר gézer διάζευξις, διαχώρισμα. Gal. Desjoignement, separation. Ital. Separatione. German. Absünderung. Hispan. Apartamiento. Polon. Rozlaczenie. Vngar. El valasztas. Ang. A separating, a vnyoking.] Cic. Neque enim nō potest mihi non molestissima esse disjunctio nostra, in tanta rerum omnium varietate. ¶ Hinc etiam disjunctivæ conjunctiones, διαζευκτικοὶ σύνδεσμοι, quæ res, vel personas, vel tempora distinguunt, Hoc vel illud, meum vel tuum erit.

Disjunctivus, [διαζευκτικός. Pol. Laczaci. Vng. Meg valaszto.] ut disjunctivus modus: Papinianus D. lib. 35. Tit. 1. l. 78: Disjunctivo modo conditionibus ascriptis. ¶ Hinc disjunctivæ conditiones, quæ copulativis opponuntur, apud Probum.

Disjunctè, adverb. [διαζευκτικῶς. Pol. Laczanie. Vngar. Meg valaszva.] Vlpian. D. lib. 30. Tit. 1. 34: At si conjuncti disjunctivè commixti sint, unius personæ potestate funguntur.

Dispalescere, Est palam omnibus innotescere. [הודע hodhah διαφημίζω. Gall. Estre divulgé. Ital. Palesare. German. Jedermann kundtbar werden. Hisp. Divulgarse. Pol. Rozglosnabic znaianim. Vngar. Nyilvan lenni. Ang. To be common or knowen by all.] Plaut. in Bach. Si plus perdundum sit, perisse suavius est, Quam illud flagitium vulgò dispalescere.

Dispalo, as, penultima producta, idem quod separo, teste Nonio, à præpositione dis, & verbo palare, quod est errare, & vagari. [נפץ naphats הפיץ hephits. διασκορπίζω, διαφοιτάω. Gall. Estre divulgué & manifesté, s'espandre çà & là, vaguer par les champs. Ital. Separare andare errando. Ger. Hin vñ her schweiffen. Hisp. Derramar, derramar se buyendo. Pol. Rozbiegam sie, rozbiegam sie. Vn. El szeggetem, el valasztom, el szeleszteni. Ang. To wander or stray, to be common or knowen.] Hujus passivum est Dispalor. Sisen. libr. 1. Histor. ut citat Nonius: Tanto passu dispalantur. Et apud eundem: Dispalati, ab signis digressi omnes, ac dissipati. Gell. libr. 1: Ea præcentione tranquilla & venerabili, ad quandam quasi militaris musicæ disciplinam, vis & impetus militum, ne sparsi dispalatique prorucrent, cohibebatur.

Dispando, is, ere, act. 1. Extendere. [נטה natah רקע rakah פרש paras מתח mathach. διαπετάννυμι. Gall. Estendre, ouvrir & desployer. Ital. Spandere. Germ. Außspannen/zerthun. Hisp. Tender espandir. Polon. Rozwieszam, rozciagam, rozkladam. Vng. Ki terjeszteni, el teriteni. Ang. To stretch out, to open abroade.] Plin. libro 9. cap. 4: In Gaditano Oceano arbor in tantum vastis dispansa ramis, ut ex causa fretum nunquam intrasse credatur. Lucret. libro 1: Denique fluctifrago suspensæ in littore vestes Vvescunt, eædem dispensæ in Sole serescunt. Plautus in Milite dispessis per e scribit: Eundem actutum extra portam dispessis manibus.

Dispessus, a, um, Expansus, extensus, participium ab hoc verbo dispando. [פרוש parus. διαπεπταμένος. Gall. Estendu, desployé. Ital. Spanso. Germanice. Außgespannet/ außgestreckt. Hispan. Tendido en partes. Pol. Rozciagniony. Vngar. Ki terjesztetett, el teritett. Ang. Spread or stretched out abroade.] Plaut. in Milite: Eundem actutum extra portam dispessis manibus.

Dispar, disparis, om. t. Inæqualis, dissimilis, impar, diversus. [ἀνόμοιος, ἄνισος. Gall. Dissemblable, qui n'est point pareil. Ital. Dispari. Ger. Ungleich. Hisp. Desigual. Pol. Rozny. Vngar. Egyenetlen, nem hasonlo. Ang. Disalyke, vnequall, vnmeete.] Cicer. de Amicit. Dispares enim mores, disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias. Idem pro Font. O' fortunam longè disparem M. Fontei, si, &c. Idem pro Muræn. Et quoniam ostendi, judices, parem dignitatem ad Consulatus petitionē, disparem fortunam provincialium negotiorum in Muræna atq; Sulpitio fuisse, &c. Virg. 2. Aeglog. Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula. Ovid. 8. Metam. Fistula disparibus paulatim surgit avenis.

Disparilis, le, Dispar. [ἀνόμοιος. Vn. Egyenetlen, nem hasonlo. Ang. Vnmeet, vnequall.] Varr. de Re rust. Et pabulum disparile non usquequaque idem fit. Cicer. 1. de Divin. Quæ omnia fiunt ex cœli varietate, & ex disparili aspiratione terrarum.

Disparilitas, [ἀνομοιότης. Pol. Rozne rozpacenie. Vng. Kwlombsèg.] Macrob. Saturnal. libr. 1. cap. 1: Nec indigeste tanquam in acervum congessimus digna memoratu, sed variarum rerum disparilitas ab authoribus diversis confusa temporibus, ita in quoddam digesta corpus est. Vide Gell. lib. 20. cap. 11.

Disparo, as, are, act. p. Separo, & sejungo. [הבדיל hibdil, διαχωρίζω. Gall. Separer. Ital. Separare. Ger. Sündern/von einander scheiden. Hisp. Apartar en diversos lugares. Polon. Rozdzielam. Vngar. El valasztom, el szakasztom. Ang. To put a parte, to seuer.] Plautus Rud. Qui est Imperator divûm atque hominū, Iupiter: Is nos pergentes alium in alia disparat. Gell. lib. 11. cap. 11: Tot sententias in eandem rem, quasi aliud atq; aliud diceret, disparavit. ¶ Hinc disparata vocant Dialectici quæ negativè opponuntur. Cic. 1. de Invent. Disparatum est autem id quod ab aliqua re per appositionem negationis separatur, hoc modo, sapere, & non sapere.

Dispartio, is, Vide DISPERTIO.

Dispello, lis, dispuli, dispulsum, In varia loca pello, discutio, disjicio. [נפץ naphats הפיץ hephits דחף dachaph. διωθέω. Gall. Deboutter, dechasser. Ital. Scacciare in diverse parti. German. Zertreiben / von einander jagen. Hisp. Echar en partes. Pol. Rozganiam. Vngar. Szelel hanyom, el hanyom, el verbom, eltw'zöm. Ang. To put or expell into sundrie partes.] Liv. lib. 5: Quum equitem passim liberi frænis dispulissent equi, Vejentium maxima pars Tyberium effusi petunt. Cic. lib. 1. Tuscul. Eandemque ab animo tanquam ab oculis caliginem dispulit. Virgil. 1. Aeneid. Teucrorumque alios, ater quos æquore turbo Dispulerat: id est, disjecerat, sive segregaverat.

Dispendo, dis, Distineo, sive occupatum teneo. [διαρτάω. Gall. Detenir, tenir occupé. Ital. Tenir occupato. Germ. Zuschaffen geben/ oder mit geschefften auffhalten. Hispan. Detener. Polon. Sprawamy zatrzymywagam. Vng. Gondot adok. Angl. To lett with diverse busenisse, to withhold or staye.] Colum. libr. 8. cap. 2: Parandi autem modus est, ducentorum capitum, quæ pastoris unius dispendat curam. ¶ Aliquando idem est quod expendo, erogo, distribuo: unde fit nomen dispendium, de quo mox dicemus: & Dispenso frequentativum, idem ferè quod distribuo. [Gall. Despendre, employer. Ital. Spendere. Germanice. Außtheilen/außgeben. Hispanice. Despender. Pol. Rozdaie. Vngar. Költök. Ang. To spend or bestowe.] Colum. lib. 4: Cœlestes admittet imbres, eosque alendis seminibus dispendet. ¶ Aliquando significat expando. διαπείνω, & tunc non à pendo, sed à pando componitur. Plautus: Vbi lubet, dispendite hominem divorsum, atque distendite.

Dispendium, dii, n. f. Est sumptus, incuria, vel negligentia, aut immoderatione factus. [δαπάνη. Gall. Despense & perte, dommage, degast. Ital. Spesa. German. Verthuß/verlust. Belg. Verlost/verlies. Hisp. El gasto. Pol. Vtrata, szkoda. Vng. Hiaba valo, hasznatalan költség. Ang. Expense, losse.] Plin. Magno id lignorū dispēdio fit. ¶ Aliquando idem est quod damnum, vel detrimentū: [βλάβη. Gall. Dommage. Italice. Danno. Germ. Schad. Hisp. Danno. Polon. Szkoda. Vng. Kar vallas. Ang. Domage, losse.] cui opponitur compendium, quod lucrū vel utilitatē significat. Terent. Hecyr. Quid est quod mihi malim, quàm quod huic intelligo evenire, ut gratiam ineat sine suo dispendio, & mihi prosit? Plautus in Mercur. Amorem multos illexisse in dispendium. Virgil. 3. Aeneidos: Hic tibi ne qua moræ fuerint dispendia tanti. ¶ Dispendium etiam via obliqua, & quæ per ambages eò ducit quò ire tendimus, contraria Compendio. Lucan. lib. 8: Iam super Herculeas fauces, nemorosaq; Tempe, Aemoniæ deserta petens dispendia sylvæ, &c.

Divīnē, adverbium, Ad deorum similitudinem, deorum more, & supra humanas vires, quasi divini numinis instinctu. [θείως, θείως. Gal. Divinement. Ital. Divinamente. German. Göttlich. Hispan. Divinamente. Polon. Bosko. Vng. Istenbül, Istenül. Ang. Godly, by inspiration.] Cic. Attic. lib. 4: Præclara igitur conscientia sustentor, quum cogito me de Repub. aut meruisse optimè quum potuerim: aut certè nunquam nisi de ea divinè cogitasse. Quint. lib. 1. cap. 10: Quæ Tullius in Oratore divinè, ut omnia, exequitur.

Divīnĭtūs, penult. corr. adverbium, à deo, sive à divis: [מאלהים meadhonai. Jaber. Gal. De Dieu, venant de Dieu, divinement. Ital. Da Dio, divinamente. German. Von oben herab. Belg. Van Godt. Hispan. Divinamente. Polon. Od boga. Vng. Istentül. An. From God, by godder wil.] sicut humanitus, ab hominibus, cœlitus à cœlo. Virg. 4. Georg. Haud equidē credo, quia sit divinitus illis Ingenium. Cic. 2. de Orator: Quæ divinitus accedunt. Ibidem: Divinitus ad nos delatum. ¶ Interdum idem est quod divinè: hoc est, deorum, vel divorum more, insigniter & quasi humanis viribus excellentius, θείως. Cic. 2. de Orat. Ille locus inductus est à me divinitus. Idem Attic. lib. 1: Varro mihi satis facit: Pompeius loquitur divinitus.

Divŏrtĭum, Diremptio matrimonii, inter virum & uxorem. [διαζυγιον. Gal. Divorce, separation de mariage. Italicè, Ripudio. Ger. Die verschuffung eines Ehewirbs, ein Ehescheidung. Hispan. El desposho. Polon. Rozwod, rozwod. Vn. Hazasoknak el válása. Angl. A divorce, a putting away of one wife.] A diversitate mentium dictum est, vel quia in diversas partes eunt qui distrahunt matrimonium. Interest autem divortium & repudium, quòd divortium fit inter conjuges: repudium inter sponsos.

Diŭrnūs. Diurno, Vide DIES.

Diŭtĭūs, Diutile, Diutinus, Diutissimè, Diuturnus. Vide DIES.

Divulgo, divulgas, act. p. est Vulgò notum facere, vel rem aliquam in vulgus spargere. [הודיע hodeah. Gal. Divulguer, publier quelque chose. Ital. Divulgare, publicare. Germ. Gemein machen, vnder das gemein Volck außbringen. Hisp. Divulgar, o publicar. Polon. Nawat widzieć, opowiedam sawszechnie. Vngarice, Ki hirdetöm. Anglice. To publish, to make known abroade.] Cicer. Balbo: Quare visum est occultius agendum, neque ullo modo divulgandum. Quo in loco quidam corruptis exemplaribus decepti legunt, Dimulgandum. Idem 2. Philipp. Quam multa seria nec tamen ullo modo divulganda.

Divŭlgātūs, nomen ex participio. [Polon. Widzeni na swiat'e. Vngar. Hirdt. Ang. Made common, published.] Cicer. Furnio libro 10: Te adipiscendi magistratus levissimi, & divulgatissimi, si ita adipiscare ut plærique, præpropera festinatio abducet à laudibus.

Divŭs, vide DIVS.

D ante O.

D. O. in notis antiquorum, dis omnibus, vel Deo optimo. D. DOMIC. COS. XIIII. LVD. SAEC. F. C. Domicius Cōsul. XIII. ludos sæculares faciendos curavit. DO. TRA. vel TRIN. divo Trajano. DO. VAL. divo Valerio vel Valeriano. DOT. Dotem. DOT. R. dotem recuperavit. D. P. Divus pius, vel dis penatibus, vel patrius, vel dotis promissio, vel dotem

dotem P. petit, vel devota persona, vel de pecunia. D.P.E.C.R. de pecuniis repetundis. D.P.F. denuntiandi potestatem fecit. D.P.P. Deo perpetuo. D.P.O. depositio. D.P.F. de præfecto. D. P.O.R.T. de parte orientis. D.P.S. de Principibus. D.P.O.C. de parte occidentis. D.P.S. discipulus. D.P.S.D.L.D.P. Deo posuit sibi, dis locum dedit publicè. D.Q. dis Quirinalibus, vel disque. D.Q.R. de qua re. D.Q.S. de quo suprà, vel die quo suprà.

Do, das, dedi, datum, dare. [נתן *nathán. dándo.* Gal. *Donner.* Ita. *Dare.* Germ. *Geben.* Belg. *Geven.* Hif. *Dar simplemente.* Pol. *Dare.* Vng. *Adok.* Angl. *To give.*] cujus composita, si sint ex monosyllabis præpositionibus, sunt tertiæ conjugationis, & præteritum geminant: ut Reddo, dis, reddidi. Perdo, dis, perdidi. Cætera simplicia servant declinationem, ut Circundo, as, circundedi, datum: Pessundo, as, pessundedi, datum. ¶ Variam habet constructionem. Quandoque duos dativos exigit, pro ascribere, seu imputare: quanvis alter eorum non semper ponatur, sed nonnunquam subintelligitur. Cicero libro 2. Offic. Nec Marco quidem Scio vitio datum, quod in caritate annonæ asse modium dedit populo. Terentius, unum tantùm expressit. Nunc quam rem vitio dent, quæso, animadvertite, subintelligitur poetæ. Plaut. in Amph. Nunc tibi hanc pateram, quę dono mihi ob virtutem data est, Alcumena tibi condono. Aliquando ultra dativum ponitur accusativus cum præpositione ad. Cicer. Cornif. Literas ad te nunquam habui cui darem, quem dederim. Idem ad Qu. Fratrem: Oculos autem natura nobis, ut equo & leonis ceras & caudam, & aures ad motus animorum declarandos dedit. ¶ Aliquando præter dativum ponitur accusativus cum præpositione In. Terent. in Phorm. Dic quid velis dari tibi in manum, ut herus his desistat litibus. Nonnunquam loco dativi ponitur accusativus cum præpositione ad. Cic. 2. Philip. Ad sepulturam corpus vicini sui negat à me datum. Interdum accusativus cum præpositione in. Plaut. in Capt. Hoc si faxis, dabo in Caveam. Cicer. Terentiæ: In viam quòd te des hoc tempore, nihil est, Id est, non est causa quare te viæ committas. ¶ Dare cuipiam pecuniam à trapezita, est pecuniam à trapezita sumere, & alteri dare, vel per manus trapezitæ alicui pecuniam dare, δανείζειν παρὰ τῦ τραπεζίτου. Plaut. in Capt. Sequere me hac, viaticum ut dem à trapezita tibi. ¶ Quandoque plures habet accusativos, à diversis pendentes præpositionibus. Columel. lib. 9: Ascensus deinde avibus ad tabulata per utranque cellam datur. Sæpiùs tamen post accusativum regit dativum, & hoc variis ambus applicari solet. Plaut. in Epid. Si æquum sit, me plus sapere quàm vos, dederim vobis consilium cautũ quod laudetis. Idem in Curc. Nunc rei divinæ operam dabo. Idem in Merc. Me toxico morti dabo. Idem in Capt. Do tibi operã, si quid est quod me velis. Gellius: Cretenses quoque prælia ingredi solitos memoriæ datum est, &c. ¶ Item pro offerre, objicere, παρέχειν. Terent. in Hecyr. Profectò hoc sic est, ut puto. Omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus. ¶ Item inferre, inducere. Virgil. 12. Æneid. -magnam dabit ille ruinam Arbonibus. item dicere, φέρειν. Terent. in Heavt. Nunc quamobrem hæ partes didicerim, paucis dabo. ¶ Item obtemperare, ὑπακούειν & ὑπηρετεῖν τινι. Terent. in id Adelph. Da te mihi: id est, accommoda te meæ voluntati. ¶ Dare etiam mulieres dicuntur, quum copiam sui faciunt. Martialis: Casta igitur nulla est? castæ sunt mille. quid ergo? Casta fuit, non dat, non tamen illa negat. Idem: Non solet accipere. quid solet ergo? dare. ¶ Item facere. Terent. in Adelph. O' Æschine, pol haud paternum istluc dedisti. ¶ Itẽ conotare, ut apud eundem in Eunuch. Ludum jocumque dices fuisse illum alterum, præut hujus rabies quæ dabit, ἀνέξομαι τῶν ἐμοῦ κακῶν. ¶ Dare manus, est se victum fateri, τὴν χεῖρα ἐπιδίδωμι. ¶ Dare pœnas, est sustinere. δίκας διδόναι. Lactan. libro 8: Sed tamen docent nos Sanctæ literæ quemadmodum pœnas impii sint daturi. ¶ Dare veniam, interdum est agnoscere, interdum concedere quod petitur. συγγνώμην δίδωμι. Terentius: Da veniam quæso filio tuo. Cicer. de Orator. Dabis hanc veniam, mi frater. ¶ Dare operam, est adjuvare, inservire. ὑπηρετεῖν. Terent. in Phorm. Nos operam dabamus Phædriæ Sæpè etiam invigilarent quum dicimus: Literis operam dare. ¶ Dare potestatem, est rem in alterius arbitrio permittere, ἐξουσίαν διδόναι. Plin. Vt qui suarum omnium rerum potestatem avunculo dederat. Pro quo etiam eleganter dicimus: Facere potestatem. ¶ Dare fidem, est aliquid sanctè promittere. πίστιν διδόναι, ἐπιορκεῖν. Cicero de Amic. & Terent. Eunuch. ¶ Dare actionem vel judicium, est actorem ad intendendam actionem admittere. Cicer. 4. Verr. Si quis eum pulsasset, edixit se judicium injuriarum non daturum: quicquid ab eo peteretur: judicem de sua cohorte daturum: ipsi autem nullius rei actionem sese daturum. ¶ Dare linteamentum in plagam, est festucas lintei in vulnus inserere, cũ oleo, aliisve medicamentis liquidis, quæ Græci ἐμπλάστρα appellant. Celsus libro 7. cap. 9: Vlteriores verò, lunatasque in plagis linteamentum dandum est, ut caro increscẽs vulnus impleat. ¶ Dare in manum, significat de manu in manum tradere. παραδίδωμι. Terent. In And. Hanc mihi in manum dat. ¶ Dare sese disciplinam, est se alicui instituendum permittere. Gell. libro 5. cap. 10: Is in disciplinam Protagoræ sese dedit. ¶ Dare verba alicui, est decipere. Plautus Aulul. Nimisque ego hæc metuo malè, Ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit. ¶ Datum est id est, fato decretoque concessum est. Idem. Terent. Eunuch. Est istuc datum profectò, ut grata mihi sint quæ facio omnia. Sic Virgil. 7. Æneid. Non dabitur regnis (ait) prohibere Latinis. ¶ Datur cernere: id est, potest cerni, vel licet cernere. Plinius Epistol. 10: Quantum mihi tamen cernere datur, multa in Euphrate sic eminent & elucent, ut meliùs quoque doctos advertant, & afficiant. ¶ Duint pro dent, vel dederint. Terent. in Andr. At tibi Dii dignum factis exitium duint. Plaut. Amphit. Sive qui ipse ambissit, sive per internuntium, Sive adeò Aediles perfidiosè eui duint. Duit, pro Det. Plautus Aulul. Ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit. Duas, pro Des. Ibidem: At nihil est dono quod dem M. ne duas. Danunt, pro dant. Plaut. Curc. Nam tibi amantes propinantes vinum danunt. ¶ Hujus verbi composita sunt Abdo, Addo, Condo, Circundo, Cedo, Dedo, Edo, Indo, Obdo, Perdo, Prodo, Prædo, Reddo, Subdo, Succedo, Pessundo, Trado, Venundo. Sedo & Mando (quæ saltùm inter composita hujus verbi erant relata) huc non pertinent: sunt enim simplicia: quod vel ex eo solo constat, quòd à longa figurativa primæ conjugationis, quæ in compositis verbis Do corripitur, in his duobus producatur.

Dătus, participium: [נתון *nathún. dátus, dugetos.* Gal. *Donné.* Ital. *Donato.* Germanicè. *Gegeben.* Hispan. *Donado.* Polon. *Dany.* Vngar. *Adattatot.* Ang. *Given.*] ut Redditæ data. Ovid. de Arte aman. Multa rogant tradendaſibi, datare dedere nolunt.

Dătŭs, us, ui, m. q. [מתנה *mattanáh. dúgis, dúgis.* Gal. *Donation, don.* Ital. *Donatione.* German. *Gebung.* Hispan. *Donadiua, donacion.* Polonicè. *Dar.* Vngar. *Adás.* Angl. *A giving.*] Plaut. Trin. nimis pergraphicus fycophanta: Is mille nummũs se aurum meo datu tibi ferre, & grato Leibonco ajebat meo.

Dătum, dati, substantivum, Expensum: cui opponitur Acceptum. [נתון *nathún. dátos, dugetos, dátis.* Gal. *Chose donnée ou baillée.* Ital. *Cosa donata.* Germ. *Ein Gab, das einem gegeben ist.* Hif. *Cosa data.* Pol. *Wydatek.* Vng. *Ajmi adatot.* An. *A gift or a thing given.*] Cicer. de Amic. Hoc quidem est nimis exiguè & crassè calculos vocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum & datorum.

Dătŭsĭ, Vetustè, apud Iurisconsultos reperitur pro datum est. [Pol. *Danim bie.*] Vlpianus de verb. oblig. Si quis stipulatus à Mevio fuerit, fundum Titi datuisi. Hotomanus.

Dăto, as, are, frequentativum. [Polon. *Vilamnie dać.* Vngar. *Adegatek.*] Plaut. Mostel. Tu solus credo furnos aureum datas.

Dătŏr, datoris, m. t. [נתן *nathán. dátor,* vel *dátis.* Gal. *Donneur.* Ital. *Donatore.* German. *Ein Geber.* Hispan. *Donador.* Polon. *Dawca.* Vng. *Adó.* Angl. *A giver.*] Plautus Trucul. Semper datores novos. Virgil. 1. Æn. Adsit lætitiæ Bacchus dator, & bona luno.

Dătĭo, onis, f. t. [מתנה *mattanáh. dátis, dugetos.* Gal. *Donation, donnement.* Ital. *Donamento, donatione.* German. *Ein Geb.* Hif. *Donation.* Pol. *Dawc.* Vn. *Adás.* Ang. *A giving.*] Cicer. pro lege Agr. Cujus judicium, legumque dario, captorum agrorum ipsius virtute cognitio tollitur.

Dătărĭus, a, um, Gratuitum, aut quod gratis datur. [δωρεὰν δοτός, χαριστικός.] Polon. *Darowni.* Vng. *Asándékon adatot.*] Plautus Pseudol. Ego annon prius salutas. 2. nulla est salus mihi dataria.

Dătătim, adverbium. [ἀποδιδόντες. Gal. *En s'entredonnant & baillant l'vn à l'autre.* Ital. *Dando à vicenda.* German. *Zum geben.* Hispan. *Dando à vezes.* Polon. *Daiąc, dawnac.* Vngar. *Egy másra hagyólva, s'el adogatva.* Anglicè, *by giving one to an other.*] Plaut. Curc. Tum isti qui ludunt datatim servisunarum in via. Ludere datatim: hoc est, invicem dando quemadmodum qui pila lusitant, quæ vicissim, mittunt, & remittitur.

Dŏceo, ces, docui, doctum, n. f. Instituo, erudio, præcepta do. [למד *limmadh.* אלף *aleph* הורה *horah. mudzów. dáskow.* Gal. *Enseigner.* Ital. *Insegnare.* Ger. *Lehren, vnderweisen.* Belg. *Een onderrichtinge.* Hif. *Enseñar.* Pol. *Vczyć.* Vn. *Tanitok.* An. *To teach.*] Construitur autem cum duobus accusativis: ut, Docco te literas. Aliquando cum uno tantùm, licet aliter possit intelligi. Pretiũ aũt quod à discipulo exolvitur doctori, ponitur in ablativo. Excipiuntur hi quatuor genitivi, tanti, quanti, pluris, & minoris, cum ipsorum compositis. Cicero 2. Philip. Iam invideo

invideó magistro tuo, qui te tanta mercede, quanta jam proferam nihil sapere docuit. Iuvenalis: Chrysogonus quanti doceat, vel Pollio quanti. Aliquando cum ablativo. Cicero Pæto: Socratem fidibus docuit. Vbi nonnulli volunt intelligi verbum Canere vel aliquod simile. ¶ Interdũ idem est quod ostendere, vel declarare. Virgil. 3. Aeneid. -docuit pòst exitus ingens. ¶ Interdum idem, quod monere, sive certiorem reddere, ὑποφαίνειν. Salust. in Iugurtha: Tamersi legatos miserat qui Senatum de cæde fratris, deque fortunis suis docerent. Cicer. Appio Pul. Ne literas quidem ullas accepi quæ me docerent quid ageres, aut ubi te visurus essem. ¶ Hujus composita sunt. Addoceo, Dedoceo, Edoceo, Perdoceo, quæ ambo significãt perfectè doceo, ἐκδιδάσκω, Salustius in Catil. Cic. per legatos cuncta edoctus. Plautus in Stich. Nam illa omnes artes prædocet. Prædoceo, priùs doceo, προδιδάσκω. Salustius in Iugurtha: Cæterùm illi qui Centuriis præerant prædocti à duce arma ornatumque mutaverunt. Subdoceo, loco alicujus doceo, ὑποδιδάσκω. Cicer. ad Atticum lib. 8: Ciceronesque nostros potius meo labore subdoceri, quàm me alium magistrum quærere.

Dŏctĕ, cta, ctum. Scientia imbutus, literatus, doctrina excultus, eruditus, intelligens. [מומחה melummédh למד limmódh חכם hakhám חכם ἐπιστήμων, σοφὸς, σοφός. Gal. Enseignié, bien appris, docte, savant. Ital. Dotto. German. Gelehrt. Belg. Geleert. His. Docto y enseñado. Pol. Vczony, madry. Vng. Tudos, bölcs. Angl. Theached, learned, cunning.] Cicer. lib. 2. Offic. Nec me angoribus dedidi quibus essem confectus, nisi his restitissem: nec rursus indignis docto nomine voluptatibus. Idem in Orat. Itaque & doctis eloquentia popularis, & disertis elegans doctrina defuit. Sueton. de claris Grammat. Fuisse dicitur ingenii magni, memoriæ singularis, nec minus Græcè quã Latinè doctus. Artes doctæ, Ovid 9. Metam. Dicta docta, Lucret. li. 2. & doctis rationem reddere dictis. Docti doli, Plaut. Mil. Et nos factitiis fabricis, & doctis dolis Glaucomo ob oculos objiciemus. Facies docta, Ovidius 2. Amor. O' facies oculos docta tenere meos. ¶ Dicitur autem doctus qui rationem rei tantum tenet: peritus, qui cum ratione experientiam, & consuetudinem tenet, λόγῳ καὶ πείρᾳ: id est, experientia. Itaque minus est doctus, quàm peritus. Cicer. in Salust. Satis doctè atque peritè fecisti. Idem lib. 3. Offic. Itaque quum sint docti à peritis, facilè desciscunt à sententia. Majorem tamen vim habet doctus, quàm eruditus. Idem lib. 1. Offic. Nec solùm vivi, ac præsentes, studiosos discendi erudiunt, atque docent, sed hoc idem etiam pòst monumentis literarum assequuntur. ¶ Nec mirum est quòd minus sit eruditus quàm doctus: quoniam rudis & eruditus contraria sunt. Plinius: Sedere cœpit sententia hæc, pariterque & eruditum vulgus, & rude in eam cursu vadit. Quint. li. 1, à pædagogis exigit ut sint eruditi, quò adolescentes erudire queant: aut si se non eruditos esse sciant, ne quippiã tradant cujus ipsi sint ignari, quodque postea sit dedocendum. ¶ Est autem doctus in hac significatione nomen, non participium: nullum enim importat tẽpus. ¶ Hinc fit compositum Indoctus, ἀμαθὴς, ὁ, ὀν, quod quum verbo careat, participium esse non potest: quemadmodum & Semidoctus, ἡμιμαθὴς. Cicer. Cornelio: Sed proximè scripsi de optimo genere dicendi, in quo sæpè suspicatus sum te à judicio nostro, sicut doctum hominem à non indocto, paulùm dissidere. Plautus in Asin. Tua ista culpa est, quæ discipulum semidoctum abs te removes.

Dŏctē, adverbium, Scitè & eleganter. [מומחה מומחה. Gal. Doctement, savamment. Ital. Dottamente. Ger. Kunstlich, artlich, weedelich. His. Docta y enseñadamente. Polon. Vczenie. Vn. Bölesen, tudosan. Ang. Cunningly, learnedly.] Cic. lib. 3. de Orator. Tum ad te ludibunda doctè & delicatè detulit. Doctè & Peritè facere, Cic. in Salustium.

Dŏctĭs, pen. corr. om. t. Qui facilè disciplinam apprehendit, aptus ad disciplinam. [למוד limmódh לקח לקח. Gal. Qui apprend aisement, qui se laisse enseigner. Ital. Che apprende facilmente. Ger. Gelehrig. Belg. Leeraddig. His. Cosa habil para ser enseñada. Pol. Czemi do vczenia. Vn. Könnyen tanúlo. An. Apt to learning.] Cic. Trebatio, lib. 7. Epist. O' medicum suavem, meq; docilem ad hanc disciplinam. Idem. 2. Tusc. Dehinc ad hanc enervatã, mollemque sententiam satis docilè se Epicurus præbuit. Lactant. de Opif. Nam si te in literis, nihil aliud quàm linguã instruentibus, auditorem satis strenuũ præbuisti: quantò magis in his veris, & ad vitam pertinentibus docilior esse debebis! Varro lib. 1. de Re rust. Cassius scribit hæc, operarios parandos esse qui laborem ferre possint, nec minores annorum viginti duorum, & ad agriculturã dociles. Cic. 2. de Orat. Iubent enim exordiri ita ut eum qui audiat, benevolum nobis faciamus. Docilem autem facio, non tum quum pollicor me demonstraturum, sed tum quum doceo & explano.

Dŏcĭbĭlis, le, pen. cor. Qui idoneus est ut doceatur. [למוד limmódh הראוי. Gal. Aisé à enseigner. Ital. Habile à esseguarlo o mastrevole. Germ. Geschickt und tugentlich gelehrt zu werden. His. Cosa che presto se puede enseñar. Polon. Ten kturi sie da vczyc. Vng. Tan-vehato, tanitásra alkalmatos. Anglicè. Apt to be taught.] Hieronymus: Ingenium docile, & sine doctore docibile est. Sic Cyprianus: Docibilis est, qui est ad discendi patientiam lenis & mitis. Nec facilè reperias, nisi apud Ecclesiasticos. ¶ Priscianus autem vult significare docibile id quod facilè discitur: pro quo nos perceptibile dicimus potius. Valla lib. 6. cap. 26.

Dŏcĭlĭtās, tatis, f. t. Apprehendendæ doctrinæ facilitas, discendi facilitas. [εὐμαθία. Gal. Docilité, bonté d'esprit qui est duit à apprendre. Ita. Bonta di spirito, l'esser docile ad imparare, disposizione d'ingegno ad imparare. German. Gelehrnige art / die ein ding bald ergrifft vnnd fasset. Hispan. Habilidad para ser enseñada. Polon. Sposob do poiecia nauky y sztuky. Vngarice. Könnyen vale tartulás. Angl. Aptnesse in learning.] Cicer. pro Sestio: Ii perfecto genere humanæ docilitatis, atque ingenii dissipatos unum in locum congregaverunt. Idem libro 5. de Fin. Prioris generis est docilitas, memoria: quas virtutes qui habent, ingeniosi vocantur.

Dŏctrīnă, f. p. Eruditio, quatenus à præceptore proficiscitur. [לקח לקח. Gal. Doctrine, instruction, enseignement. Ital. Dottrina. Germ. Lehr / vnderweisung. Bel. Leeringe. Hispan. Doctrina ò enseñanza. Pol. Nauka, vmiesetnosc. Vng. Tudo mány, bölcsöség. Ang. Doctrine, teaching.] Nam ut à discipulo apprehenditur, dicitur disciplina. Cic. pro Arch. poëta: Ego multos homines excellenti animo & virtute fuisse, & sine doctrina, naturæ ipsius habitu propè divino, per seipsos & moderatos, & graves extitisse fateor. etiam illud adjungo, sæpiùs ad laudẽ atq; virtutẽ naturam sine doctrina, quàm sine natura valuisse doctrinam. Idem in Orat. Quo fit ut veram illam & absolutam eloquentiam nemo consequatur, quòd alia intelligendi, alia dicendi disciplina est: & ab illis rerum ab illis verborum doctrina quæritur.

Dŏcūmĕntum, n. s. à præterito docui, sicut à monui monumentum. Idem quod admonitio, probatio, exemplum, quod nos aut doctiores reddit, aut certiores, aut prudentiores. [מופת מופת. Gall. Enseignement exemple, monstre, experience. Ital. Documento, ammaestramento. Germ. Lehr / erweisung / ein Beyspiel das vns etwas lehrt. His. Ensenanza. Pol. Nauka, ktora sie ostatecznie y modrzejemy. Vng. Tanulság. Ang. A lesson, a proofe, an experiment.] Cicer. 6. Philip. Ex quo nimirum nos documentum capere fortuna voluit, quid esset victis extimescendum. Salust. Quarum rerum ego maximè hæc documenta habeo, quòd in bello sæpiùs vindicatum est in eos qui contra imperium in hostem pugnaverant.

Dŏctŏr, verbale, m. t. Qui docet, magister, præceptor, interpres. [מומחה מומחה. Gal. Docteur, maistre, enseigneur. Ital. Dottore, maestro. German. Ein lehrer. Hispan. Enseñador. Pol. Vczyciel, mistrz. Vngar. Doktor, tanito. Ang. A teacher, a master.] Plin. in Paneg. Quem honorem dicendi magistris, quam dignitatem sapientiæ doctoribus habes? Tacit. libro 14: Etiam sapientiæ doctoribus tempus impartiebat: hoc est, Philosophis.

Dŏctrīx, cis, [ἡ διδάσκαλος, magistra. Vng. Tanito, doktor, mester asszony.] Apuleius lib. de Philosophia: Illæ vero vitiorum doctrices, iracundia & libido, ratione sub jugum missa dominantur.

Dŏchmĭus, mi, pen. cor. δόχμιος. Pedis genus in numeris oratoriis: de quo Cicero in Orato. Dochimus (inquit) è quinque constat syllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa: ut est hoc, Amicos teneas: rem hoc, Reipublicæ. Quovis loco opus est, dum semel ponatur: iteratus, aut continuatus, numerum apertum, & nimis insignem facit.

Dŏcŭs, m. s. [עב hab. δοκὸς. Gal. Une poutre ou solive, vn sommier. Ital. Trave. Ger. Ein Balk. His. Viga. Pol. Balka. Vn. Meller gerenda, Gerenda. An. A beame, any great piece of timber.] Latinis trabem significat: unde ignitæ quædam ætis impressiones oblongæ, trabis similitudinem referentes, δοκοὶ à Græcis appellantur: qua voce etiam usus est Plin. lib. 2. cap. 26: Emicant & trabes simili modo, quas docos vocant, quales quum Lacedæmonii classe victi, imperium Græciæ amiserunt.

Dodĕcatheos, δωδεκάθεος, Herbæ genus proximam à moly Homerico autoritatem obtinens. Folia habet septem, lactucæ foliis similima, à lutea radice exeuntia. Autor Plin. lib. 25. ca. 4. ¶ Dodecatheos item à Suetonio in Augusto, appellatur cõvivium quoddam Octavii secretius, ex duodecim constans convivis utriusque sexus, ad imitationem cœlestis convivii, cui Iupiter parem deorum dearumque numerum ferunt adhibere. Verba Suetonii sunt hæc: Cœna quoque eius secretior in fabulis fuit, quæ vulgò δωδεκάθεος vocabatur.

Dŏdrā, f. p. Potionis genus, quæ ex novem rebus fiebat. Ausonius: Dodra, ex dodrante effitie collige, jus, aqua, vinum, sal, oleum, panis, mel, piper, herba, novem.

Dŏdrans,

Dodrans, m. t. Pondus vel mensura constans ex novem unciis: ita dictum quòd ad conficiendum assem desit quadrans. [τετραγωνίου. Gal. Les trois parts, comme neuf onces de douze. Ital. Nove oncie. Germ. Drey quart oder vierthel eines jeden Gewichts/ oder Maß. Hispan. Nueve onças. Polon. Wagą miańca wsobie dziewięć wncy. Vng. Kilencz nehézek. Ang. The third parte, as wyne ounces of twelfe.] Martial. lib. 8: Solvere dodrantem nuper tibi Quinte volebat.

Dodrantalis, le: [ὁ τετραγωνιαῖος. Vngar. Kilencz nehezebbi.] ut, Dodrantalis stirps: apud Colum. lib. 11. cap. 3: hoc est, trium palmorum, seu digitorum duodecim, cui scilicet ad perficiendam pedis mensuram desit quadrans.

Dogmă, atis, Decretum, præceptum, scitum, placitum. [חוק chok. δόγμα. Gal. Decret, opinion & sentence ou proposition deliberée, conclue & arrestée qu'on n'ose desdire. Italice. Dottrina affermata da per Filosofi, opinione ferma d'vna setta, Cosa deliberata per giudici. Germanice. Ein Gesatz/ein sonderbare sobo erwöhlte Meynung die ein jede Secthat. Hispan. Doctrina ò decreto. Polon. Nauka osobliwa kiura sobie obierzą. Vngar. Vallás vegezési tudomány. Ang. A decree or opinion agreed vpon and concluded.] Sunt dogmata uniuscujusque sectæ decreta, quæ (ut inquit Cicero) prodere scelus est, non minus quàm patriam: sine quibus nec sectæ Philosophorum, nec religionum vires constare possunt. Vnde Laertius ait sectam eam non appellari, quæ dogmata non habet. Cicero 4. Tuscul. Quoniam id enim haberent Academici decretum (sentitis enim jam hoc me dogma dicere) nihil posse percipi, &c. Idem 4. Acad. Sapientiæ verò quid futurum est, quæ neque de seipsa dubitare debet, neque de suis decretis quæ Philosophi dogmata vocant? Græcè etiam φιλόσοφημα, & δόγματα dicitur, teste Iudæo. Habent & cæteræ artes sua dogmata, ut in re medica alia Hippocratis, alia Asclepiadis, alia Themisonis dogmata fuerunt. A' Plinio frequenter placita appellantur: ut, placita Magorum, & placita Babyloniorum libro 2. Dicitur autem Dogma, ἀπὸ τοῦ δοκεῖν, quod opinari significat.

Dogmătistes, m. t. Qui aliis dogmata præscribit, [δογματιστής. Polon. Nauk wczas. Vngar. Predikator.] à verbo Græco δογματίζω, quod est decreta præscribo, dogmata trado. Hieronymus: Nunc verò quum interpres magis Apostoli fuerim quàm dogmatistes.

Dolabella, Dolabra, Vide DOLO.

Dolentĕr, Dolentia, Doleo, Vide DOLOR.

Dolĭă, orum, Vasa majora, vino servando præcipuè idonea, quę olim fictilia potissimùm erãt. [אשיש asisch. πίθος. Gal. Vaisseau à serrer le vin, tonneaux. Ital. Botte, dogli. German. Fässer. Belg. Wynvaten. Hispan. Tinajas ò vasijas grandes de barro. Polon. Baszą, koszą bochą. Vngar. Nągely, boros hordó. Angl. Tunnes great vessels.] Plaut. Caf. Dabitur tibi amphora una, & una semita, Fons unus, unum ahenum, & octo dolia. Terent. in Heavton. Relevi omnia dolia, omnes feriias. ¶ Veteres dolia fictilia in cellis vinariis servabant, quæ si duas aures haberent, diotæ dicebantur. Iureconsulti scribunt, Vino legato cum vasis, dolia legata non videri: quia scilicet ea mente vinũ in dolia condimus, ut ex his postea in amphoras vel cados diffundamus: quod deinde vinum diffusum nominatur. Iuven. Ille capillato diffusum Consule potat. Cicero de clar. Orat. Num igitur qui hoc sentiat, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet? ¶ Vnde etiam, E' dolio haurire, ἐκ πίθου ἀντλῶν, proverbio olim dicebatur, qui abundabat rebus optatis. ¶ Inexplebile dolium, ἄπληστος πίθος. Varius est hujus adagii usus. Quadrat enim primùm in τοὺς ἀδηφάγους: hoc est, in gulosos edacesque. Quadrabit & in obliviosum, cui siquid eruditionis infundas, protinùs effluit, quique priùs obliviscatur quàm didicerit. Cõpetet etiam in homines præter modum profusos. Aristot. Oeconomicũ 1. Congruit item in avaros, quorum cupiditatibus nihil est satis: verùm quò magis implentur opibus, hoc magis inanes esse videntur. ¶ Volvitur dolium, κυλινδούμενος πίθος. In eum qui commovetur alieno exemplo sine instinctu ad stultè quid faciẽdum. Nam dolium facili impulsu quò velis volvitur. At sapiens semper fixus est & immotus.

Dolium exuditorium. Laconici species, Germanis hodie in usu nec improbatum. Vsi sunt olim & veteres, ut inquit Actius ser. 13. cap. 54.

Dolia, cicuta apud Dioscor. lib. 4. cap. 82.

Dolĭŏsă, n. t. diminutivum à doliis. [πιθίον. Gal. Petit muys ou tonneles. Ital. Botticini. German. Bößlin. Hispan. Tinajuelas. Polon. Beczka, fol ficzka. Vngarice. Aralag, negelyecske, hordocska. Anglice. Little tunnes, or hogsheads.] Locus in urbe fuit sic vocatus, eo quòd post Allienem cladem Gallis Vrbem invadentibus, dolola in quibus sacra Romanorum Pontifices condiderant, eo in loco fuerint defossa à flamine Quirinali, sicut T. Livius lib. 5. scribit. Qua de causa in eodem loco ne despuere quidem alicui licebat. Festus.

Dolĭăris, & hoc doliare, Quod dolii capacitatem habet. [πιθῶδες, πιθῶν πλῆρες. Gal. De tonneau ou de muy. Ital. Di botti, di dogli. German. Das zu den Fässern gehört. Hispan. Cosa de tinajas. Pol. Mogący wsobie tak wielkie iako fassa. Vngarice. Nagyságos hordóhoz. Ang. That belongeth to a tunne.] Plaut. in Pseudolo festiviter appellat anum ventricolam, doliarem: Ego devorsor extra portam huc in tabernam terriam. Apud anum illam doliarem, claudam, crassam. ¶ Vita doliaris, βίος πιθῶν. Proverbio dicitur vita frugalis, parca, ab omni strepitu atque ambitione remota, breviter qualem Diogenes nobilis ille Cynicus Athenis egisse legitur: poterit torqueri & in eos qui non sordidè, nimis durè atque immundè vivunt. ¶ Vinum doliare, quod adhuc in dolio est, necdum diffusum: cujus vendendi legem Caro de Re rust. cap. 148, exponit: hujus sententiæ in l. 1. §. ult. D. de peric. & com. Si doliare vinũ emerit, ut id tradẽdo eo quicquam convenerit, &c.

Dolĭărĭus, Significat eum qui dolia facit, & componit. [πιθοποιός, κεραμεὺς πιθῶν, κεραμεὶς πιθῶν. Gall. Celuy qui fait muys ou tonneaux. Ital. Bottaro. German. Ein Küffer/Bänder/Bütter. Hispan. El que hace tinajas. Polon. Bednarz. Vngar. Nągely, bordó faedár. Ang. He that maketh tunnes, a cooper.] Plin. lib. 3. cap. 6. Aenaria insula à statione navium Aenea, Homero Inarime dicta. Græcis Pithecusa, non à simiarum multitudine, ut aliqui existimant, sed à figulinis doliariorum.

Dolĭărĭum, rii, substantivum, Apud Iureconsultos pro ipso doliis, vel cella in qua dolia vinaria sunt. [πιθῶν. Polon. Tunnara gdzie stoią sobie. Vngarice, Borbor borda (avagy) pincze. Anglice, A wine celler.] Si (inquit) ex doliario pars venierit.

Dolĭchŭs, m. t. δόλιχος. Spatium est duodecim stadiorum, vel (ut Suidas tradit) viginti quatuor. Iulius Pollux Dolichum gymnicis certaminibus docet fuisse curriculum omnium maximum: in quo qui decertabant, dolichodromi dicebantur. ¶ Est præterea dolichus, leguminis genus, Caule tenuissimo: sed si perticam adjunctam habeat, in miram altitudinem ascendente, alioqui vitiosum & infrugiferum. Alii cicerculam interpretantur, alii phaseolum. Vide Galenum lib. 1. de Alimen. facul.

Dŏlo, as, act. p. Dolabra, sive ascia lævigo, vel cælo, fabrefacio. [δολοῦν, πελεκᾶν, λειαίνειν. Gall. Doler, tailler, enbaucher. Ital. Dolare, polire. German. Hobeln/glatt machen. Belgice. Schaven. Hispan. Dolar, aplanar. Polon. Heblować, gładzić. Vngarice. Gyalulok. Ang. To cutt or hew with an axe or other instrument, to hew, to square.] Propert. Stipes acernus eram properanti falcitus ultus. Cic. 4. Acad. Non enim est ex saxo sculptus, aut ebore dolatus. Colum. lib. 1. cap. 2: Materies si robores est, ab exitu libro dolari ad unguem per quadrata debet pedum xx. Idem libro 8. capite 3: Dolare perticam in quadrum. ¶ Apud antiquos etiam in usu fuit Dolio, dolis, dolivi, dolitum. Varro in Agatone, ut citat Nonius: Numnam cælatus in manu dextera scyphus, cælo dolitus, artem ostentat Mentoris? Hujus verbi composita sunt, Dedolo, & Edolo, de quibus locis fuit.

Dolĭtus, aut dolatus, participium pass. dolabra sculptus. [Polon. Heblowany. Vng. Meggyalult.] Varro: Numnam cælatus in manu dextera scyphus, cælo dolitus, artem ostentat Mentoris? Cicero Academ. lib. 4. dolatus: Non enim ex saxo sculptus aut ebore dolatus.

Dŏlăbră, brę, pen. cor. f. p. Instrumentũ fabrorum quo ligna dolant. [מעבד maabaddim קרדם kardom. ἀξίνη. Gal. Doloire, hache. Ital. L'ascia. Germ. Ein Hobel. Belg. Een Schave. Hispan. Segurón ò acuela para dolar. Pol. Hobel. Vng. Gyalu. Ang. An instrument to pare with, a carpenters axe, a ship axe, a mattock.] Columel. lib. 3: Quæ falce amputari non possunt, acuta dolabra abradito. Paulus in l. Quum de lanionis. de Fund. instrum. leg. vocat etiam hoc nomine instrumentum lanionum quo carnes dissecant.

Dŏlăbĕllă, diminutivum à dolabra. [πελεκάριον. Gal. Petite doloire ou hachette, hachon. Italice, Piccola ascia. German. Ein Hobelein. Hispan. Acuela. Pol. Heblik. Vng. Gyalatska. Ang. A little ship axe or pearsing instrument.] Columel. lib. 3: Semper circus dolabella dimovenda est terra. Hoc etiam cognomine usa est familia Cornelia, ex qua fuit Cornelius Dolabella Ciceronis gener.

Dŏlăbĕlli ăpă, pyra longissimi pediculi, ab insitore Dolabella sic dicta. Plin. lib. 15. cap. 15.

Dŏlŏnes, m. t. δόλωνες. Pol. Kostur jakrzem spiczem. Vng. Dárdnyeg hamvadó pácza a czéczen belül hamuzó vaczyan.] ita dicti à fallendo, quòd ingentes conti, ferro brevissimo, quum speciem præferant ligni, intùs ferrum acutum habeant. Virg. lib. 7. Pila manu, sævosque gerunt in bella dolones. Servius ait dolonem flagellum esse, intra cujus virgam lateat pugio. Plutarchus in Tiberio, δόλωνα interpretatur ficam latronum. Verba ejus sunt hæc: ἐν τῷ κοιτῶνι εὑρὼν δόλωνα [illegible]

[illegible] ἐλλοῦσι. Apud Suetonium dolon pro gladiolo. Claud. cap. 13. Repetti & equestris ordinis duo in publico cum dolone ac venatorio cultro præstolantes. In instrumento autem navali Dolones dicuntur vela minora, quæ supra acatia (eo enim nomine vela majora dicuntur) celeritatis causa solent erigi. Liv. lib. 46: Dolonibus erectis altum petere contendit. Ibidem: Sublatis dolonibus effasè effugere contendit.

Dŏlŏr, m. t. est animi vel corporis cruciatus. [מכאוב *macheob* דאבה *deabh*. ἄλγος, πόνος. Gal. *Douleur, fascherie, cuny.* Ital. *Dolore, ingiuria.* Ger. Schmertz/leid. Bel. Weedoem. Hispan. *Dolor.* Pol. *Boleść, krzywdzenie.* Vng. *Fáydalom.* An. *The ache or paine of body or mind.*] Cicero 2. Tuscul. Dolor est motus asper in corpore, à sensibus alienus. Terentius in And. Ejus labore, atque ejus dolore gnato ut medicarer tuo. Cicero Sulpitio lib. 4: Est omnino vix consolabilis dolor: tanta est omnium rerum amissio, & desperatio recuperandi. ¶ De dolore naturæ. Vide Hipp. & Gal. lib. 2. cap. 2. & lib. 3. cap. 1. de locis affectis. ¶ Dolor pulsarotus, sive turgidus, est qui à parte primario affectu, velut in radice incipiens celeriter in partes adjacentes transfertur. Galen. lib. 2. de locis affectis, cap. 2.

Dŏlĕnti à f. p. antiquis fuit in usu pro dolore. [מכאוב *macheob* דאבה *deabh*. ἀλγηδών. Pol. *Boleznie.* Vn. *Fáydalom.*] Cujus compositum est Indolentia: hoc est, absentia doloris: in qua Philosophorum nonnulli summam fœlicitatem posuerunt. Cicero: Vt qui rem expetendam vel voluptate, vel indolentia metiuntur.

Dŏlĕo, es, dolui, dolitum, n. f. Dolore afficior, corpore vel animo crucior. [כאב *chaab* דאב *daab*. ἀλγέω. Gal. *Se douloir, estre dolent, estre fasché & desplaisant.* Ital. *Dolere.* German. Weh thun/schmertzen/leiden. Hispan. *Doler ò dolerse.* Pol. *Boleie trzeba mam, żałuie.* Vng. *Szánkodom fáydalomban vagyok.* An. *To be sorie.*] Terent. in Eunuch. Dolet dictum imprudenti adolescenti, & libero. Cicer. in Vatin. Quis tum non ingemuit, quis non doluit Reipub. casum? Hoc verbum si ad corpus referatur, neutrum acquisitû est: ut, Oculi dolent vito tuo. Plaut. in Amph. Mihi etiam misero nunc malæ dolent. Sin de rebus alienis, affectum est: ut, Doleo tuis rebus adversis: id est, propter res tuas adversas. ἀχθομαι. Aliquando etiam cum accusativo: ut Doleo tuam miseriam. Doleo tuam vicem, εἰδὼ χάριν ἀχθομαι. Doleo vicem Reip. ἀνιῶμαι τὴν πόλιν. Salust. Quasi dolens ejus casum. ¶ Hujus composita sunt Condoleo, quod est simul, vel in totum doleo, συναλγῶ, συμπάσχω, συμπάσχω. Plaut. in Truc. Date jam soleas, atque intrò me ducite actutum: Nam mihi de vento misercè cũ doluit caput. Dedoleo, de quo alibi.

Dŏlĕnter, adverbium. [ἀδυνηρῶς, ἀνιαλέως. Gal. *Dolentement, par douleur, en tristesse.* Ital. *Dolentemente, con dolore, tristezza & affanno.* Germ. Mit schmertzen/mit betummernuß. Hispan. *Dolientemente ò dolorosamente.* Pol. *Zsałośnie, zboleśnie.* Vng. *Szánkodva, fáydalommal.* Ang. *Woefully, sorrowfully.*] Plancus Ciceroni libro 10: Sed quicquid tibi scribo, dolenter mehercule magis, quàm inimicè facio. Plinius Epistol. 185: Vnicè probo quòd Pompeii Quintiani morte tam dolenter afficeris, ut amici charitatem desiderio extendas. Ovidius 4. Metam. Nihil illo fertur volucrum moderator equorum Post Phaethontæos vidisse dolentius ignes.

Dŏlŏro, as, act. p. dolore afficio.

Dŏlŏrĭfĭcŭs, ca, cum, Quod dolorem fecit. [ἀλγεινός. Vngar. *Fájókeltető.*]

Dŏlus, doli, m. f. Fraus, fallacia, machinatio, insidiæ. [מרמה *mirmah*. δόλος. Gal. *Dol, fraude, tromperie, cautelle, finesse.* Ital. *Inganno, frode.* Ger. Bosheit/boschiß oder betrug. Hisp. *Astucia ò engaño.* Polon. *Zdrada, chitrość.* Vngar. *Tsalárdság.* Anglicè, *Guile, deceit, falsehode.*] Plautus in Capt. Nam doli non doli sunt, ni astu colas. Terent. Andr. Simul sceleratus Davus, siquid consilii Habet, ut consumat nunc, quum nihil obsint doli. Cicero pro domo sua: Illud in primis, ne qua calumnia, nequa fraus, ne quis dolus adhibeatur. Veteres etiam in bonam partem accipiebant, pro solertia & calliditate, unde dolum malum dixerunt discriminis causa, quòd & bonus quidam dolus diceretur. πανουργία. Terentius in Eunuch. Iam tum erat suspicio dolo malo hæc fieri omnia. Vlp. de Dolo malo. l. 1. Dolum malũ Servius quidem ita definit, machinationem quãdam alterius decipiendi causa, quum aliud simulatur, & aliud agitur. Cicero 3. Offic. Nondum enim Aquilius collega, & familiaris noster pertulerat formulas, in quibus ipsis quum ex eo quæreretur quid esset dolus malus, respondebat: Quum aliud simulatum est, aliud actum.

Dŏlōsus. Fraudulentus, malitiosus. [איש מרמה *isch mirmah*. δολερός. Gal. *Trompeur, cauteleux, plein de finesse.* Ital. *Ingannatore, cautelosa.* Ger. Betrugisch/voll böser tücken. Hisp. *Engañoso, astuto.* Polon. *Chitry, zdradliwy.* Vngar. *Tsalárd.* Angl. *A deceiuer, full of guiles.*] Plaut. in Epid. Ego aliquam parabo dolosam fidicinam, nummo conducta quæ sit. Cicero pro Rab. Posth. Pulsus interea regno Ptolemæus dolosis consiliis, Romam venit. Ovid. 15. Metam. Artes dolosæ.

Dŏlōsĕ, adverbium, Fraudulenter, malitiosè. [δολερῶς, δολίως. Gal. *Par tromperie, cautelensement.* Ital. *Con inganno.* Germ. Betrugtlichen. Hispan. *Astuta y engañosamente.* Polon. *Zdradliwie.* Vn. *Tsalárdul.* An. *Deceitfully, with guile.*] Cic. 3. Offic. Quum dicitur inter bonos benè agier, quicquam agi dolosè an malitiosè potest?

Dŏmă, tis, [גג *gheph*. δόμος, δόμος. Gal. *Toict, couuert.* Ital. *Tetto piano.* German. Ein Dach das eben und nicht hatdechtig oder höhig ist. Hispan. *Casa ò tejado de casa.* Polon. *Dach rowny, pol'ozżiły.* Vng. *Ház, palota.* Angl. *The roofe of an house.*] Hieronymo usitatum verbum.

Dŏmăbĭlis, Vide Domo, domas, in DOMVS.

Dŏmĕstĭcātim, Domesticus, Vide DOMVS.

Dŏmĭcĭlĭum, Domicœnium, Dominium, Dominor, Dominus, Vide DOMVS.

Dŏmĭportă, Cochlea dicitur, quòd domum suam perpetuò circumferat: Vnde etiã Græci φερέοικος vocant. [Polon. *Zaiw.* Vng. *Tsiga.*] Cicero 2. de Divinatione: Vt si quis medicus ægroto imperet ut sumat terrigenam, tardigradam, domi portam, sanguinecassam, potiùs quàm hominum more cochleam.

Dŏmĭtŏr, Domitura, Vide Domo, domas, in DOMVS.

Dŏmo, domas Vide DOMVS.

Dŏmŭs, f. q. Propriè ædificium ad habitandum factum, quod ex tecto & parietibus constat: impropriè pro quocunque habitaculo. [בית *bàyth*. οἶκος, δόμος. Gal. *Maison.* Ital. & Hisp. *Casa.* Germ. Ein Haus. Bel. Een huys. Pol. *Dom, chałupa.* Vn. *Ház.* Ang. *An house.*] Vnde & templa, & avium nidi, domus dicuntur. οἰκήματα. Virg. lib. 6: Ostia jamque domus patuêre ingentia centum Sponte sua. Idem 8. Aeneid. Antiquatq; domos avium cum stirpibus imis Eruit. ¶ Aliquando domus dicitur familia. οἶκος. Idem libro 5: Sergestusque domus tenet à quo Sergia nomen. ¶ Aliquando sumitur pro tota aliqua gente. Idem 1. Aeneid. Quum domus Assaraci: volens intelligi Romanos, qui ab Assaraco per Trojanos originem ducũt. ¶ Aliquando pro patria. Idem 3. Aeneid. Da propriam Tymbræ domum, da mœnia fessis. ¶ Facit autem genitivum, domus, & domi, dativum domui, accusativum domum, vocativum domus, ablativum domo. Differunt tamen duo hi genitivi, domi & domus, ut Domus ædificium ipsum significet quod ex tecto & parietib. constat. Aptè itaq; dicemus partem domus sum demolitus? non, partem domi. Pro eodem etiam apud veteres legitur Domuis. Varro: Perrexit in interiorem partem domuis. Domi maneo, οἴκοι. Terentius in Adelph. Quid ais bone vir, est frater domi? ¶ Invenitur tamen nonnunquam apud antiquos genitivus domi pro domus. Plautus in Trinummo: Non fugitivus est homo: commeminit domi. ¶ In numero plurali facit nominativum domus, dativum & ablativum domibus, accusativum domos, vel domus, genitivum domorum, & nonnunquam domuum. Plinius libro 8. capite 57: Quo in genere multi & hoc incolas domum posuêre muræ. ¶ Legitur etiam nonnunquam in ablativo singulari domu. Plautus in Milite: Ait, sese Athenas fugere cupere ex hac domu. Domi, & In domo, idem significat, ἐν οἴκῳ. Quintil. In domo furtum factum ab eo qui domi non fuit. ¶ Revertor domũ, & ad domum οἴκαδε. Exeo domo, vel è domo, οἴκοθεν. ¶ Admittunt autem obliqui hujus nominis adverbialiter positi sex tantùm adjectiva, Mea, Tua, Sua, Nostra, Vestra, & aliena: ut, Eram domi meæ. Tu eras domi tuæ, & sic de cæteris. Cicero pro domo sua: Quid tibi necesse fuit anili superstitione, homo phanatice, sacrificium, quod alienæ domi fieret, invisere? Aliquando non solent apponi, sed subintelligitur. Domi ero, scilicet meæ. ¶ Domus amica, domus optima, οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. Nusquam commodius, tutius, liberiùs, nusquam lautiùs homini vivere contingit, quàm domi. ¶ Domi conjecturam facere οἴκοθεν ἀνάγειν. Quod non aliunde petitur, id domi fieri dicitur, Plautus Cistel. ¶ Domi pugnans more galli. In eum qui semper domi desidens, nec audet vel in bellum, vel in certamina proficisci foras. Hoc animal pugnacissimum quidem est, sed domi. ¶ Vna domus non alit duos canes, οὐ οἶκος ἓν δύο κύνας τρέφει. Proverbio jactatus senarius in eos, inter quos parum convenit propter idem lucrum, quod communiter expetunt. Refertur ab Aristophanis interprete. ¶ Domi manere oportet bellè fortunatum, οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς δεδαιμονοῦντα. Cui suppetit copia facultatum, is si velit fortunatam agere vitam, domi vivat. ¶ Ad eandem pertinet metaphoram, Domi habere. ¶ Hujus nominis diminutiva sunt, Domuscula, Domunculus, οἰκίσκος, οἰκίδιον.

Dŏmūncŭlă, æ, diminutivum. [οἰκίδιον. Polon. *Domek.* Vngar. *Házacska.*] Vlpianus. D. lib. 47. Tit. 12. l. 3: Si domunculam habeat, &c.

Dōmēstĭcūs, ca, cum. Quod ad domum pertinet, quodq; ex domo nostra est: [אישבית *iscb baith*, *εἰκιακός*. Gal. *Domestique, de la maison*. Ital. *Domestico, di casa*. Ger. Ein Hausgenoss od Hausbe gehörig Hispan. *Cosa casera, o de casa*. Pol. *Domowy*. Vngar. *Házi hazhoz*. Ang. *Pertaining to householde*.] ut, Domestica negotia, domestica exempla, domesticum lenocinium. Domesticus usus, & consuetudo, apud Ciceronem. Domesticum funus, domestica furta, domesticū testimonium. ¶ Aliquando domesticus dicitur mansuetus ac mitis. ἥμερος. Plin. Mite animal, atq; domesticum.

Dōmēstĭcūs, ci. Qui in eadem domo nobiscū habitat. [οἰκέτης, ἰδιόδουλος. Vn. *Házi, háznépe*.]

Dōmēstĭcātim, adverbium, significat per varias domos, sive per domesticos. [κατ' οἰκίας. Gal. *De maison en maison, par les maisons*. Italice, *De casa in casa, per le case*. Germ. Von Hauß zu Hauß. Belg. Van huys te huyse. His. *De casa en casa*. Pol. *Zdomu do domu*. Vn. *Házauként*. An. *From house to house*.] Sueton. in Cęs. Quorum ut quām maxima expectatio esset, ea quæ ad epulum pertinerent, quamvis macellariis oblocata, etiam domesticatim apparabat.

Dōmĭcœnĭum, Cœna quæ fit domi. [δειπνόν. Polon. *Domowa wieczerza*. Vngarice, *Házonkénti vacsora*.] Apud Martial. libro 3: Si tristi domicœnio laboras Torani, potes esurire mecum.

Dōmŭĭtĭo, f. t. [Gal. *Retour en la maison*. Ital. *Ritornata à casa*. German. *Heimgang*. His. *Tornada à casa*. Pol. *Naworet do domu*. Vngarice, *Hazamenés*. Anglice, *A returning home or to the house*.] Dictio composita ex domo, & itio, quasi reversio ad domum. Cicer. libro 1. de Divin. Sed Rhodiorum classi propinquum reditum, ac domuitionem dari. Apul. libro 3: Denique nec latem requiro, nec domuitionem paro. Itiones autem dici, sicut reditiones, & abitiones, testis est Terentius, qui in Phormione ait: Hæccine crant itiones crebræ, & mansiones diutinæ?

Dōmĭcĭlĭum, n. f. Habitatio longi temporis, unà cum omnibus suis rebus & fortunis. Itaque domicilium non domus aut habitatio facit, sed ubi quis larem, rerumque suarum summam constituit, unde rursus non sit discessurus. [מעון *mahón*, οἰκία, οἴκησις. Gal. *Domicile, le lieu de la demeure ou habitation*. Ital. *Domicilio, habitatione di longo tempo*. German. Ein Behausung, langwirige Wohnung. Belgice, Bewoeninge. His. *La casa, o la morada della de lungo tiempo*. Pol. *Mieszkanie, przybitek*. Vng. *Lakás (auagy) sok ideig vale lakóssa kosztetett helz*. Ang. *A dwelling place*.] Vnde mutare domicilium dicuntur qui migrant, ut aliam urbem habitent, tanquam illius cives futuri: nam qui ad tempus habitat, mox inde discessurus, domum quidem potest habere quam conduxit, domicilium autem non habet. Cicero 7. Verr. Sedem antiquam, divinumque domicilium nocturno latrocinio atque impetu compilavit. Gellius: Qui domicilium in Italia non haberet. Cicero de Senect. Animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus & quasi demersus in terram.

Dōmo, domas, domui, domitum, & interdum domavi, domatum, olim tertiæ conjugationis fuit, si Prisciano credimus, quemadmodum & omnia primæ conjugationis verba quæ præteritum faciunt per ui, divisas syllabas. Inde manserunt domui, domitū & domitor. Mansuefacio, condocefacio, edomo. [עבה *binnáh* כבש *chabáseb* אך *limnádh*, κατανικᾶν, δουλοῦν. Gal. *Domter, surmonter, rendre subiet*. Ital. *Domare, sottomettere, far soggetto*. German. Demmen, zam machen. Belg. Temmen. His. *Domar*. Polon. *Skrocem, ujarzmiegoczynić, swoikim, vikromian, obiczdjam*. Vngarice, *Meg enyhitém, meg szeledicém*. Ang. *To subdue, tame, or vanquishe*.] Virgilius 3. Georg. Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus, & quorum Graii meminêre Poetæ, Martis equi bijuges. Plaut. in Cas. Sed quid ais? jam domuisti animum? Plin. de viris illustr. Prætor Galliam domuit, Consul Hispaniam, altero Consulatu Sardiniam. Hinc Domitos hostes dicimus: id est, victos: & domitos populos, in potestatem redactos. Cic. de Provinc. Consul. Atque hanc Macedoniam domitis jam gentibus finitimis, barbariaq; compressa, pacatam ipsam per se, & quietam. ¶ Equorum domitores, πωλοδαμνοί. Virg. 7. Aeneidos: Lausus equūm domitor, debellatorq; ferarum. Domiti equi, δεδαμασμένοι: atque Indomiti, ἀδάμαστοι. Indomitæ gentes, feroces. Idem 7. Aeneidos: -raptis concurrunt undique telis Indomiti agricolæ. Et 8. Aeneidos: Indomitique Daci. ¶ Hinc componitur Perdomo, pen. corr. quod est valde domo, vel ad finem domo. Martial. libro 1: Herculeæ laudis numeretur gloria, plus est, Bis denas pariter perdomuisse feras.

Dōmĭtūrā, ræ. Domandi actus. [δαμασμός. Gal. *Domtement, apprivoisement*. Ital. *Domatione, domamento*. Germanice, Zemmung, zammachung. Belg. Een tammachinge. Hispan. *Domadura, aquella obra de domar*. Polon. *Vikromienie, ujarzmienie, ujprzyiemie*. Vn. *Meg enyhités, szeledités*. Ang. *A taming or breaking*.] Plin. libro 8. cap. 46: Domitura boum in trimatu, postea sera, antea præmatura. Colum. lib. 6. Curandum ne in domitura bos, vice, aut cornu quenquam contingat.

Dōmĭnŭs, nus, nui, m. q. Ejusdem significationis. [Polon. *Gospodjon, vkrocani*. Vngarice, *Meg enyhitett*. Ang. *A taming*.] Cic. lib. 2. de Natur. deor. Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones.

Dōmĭtŏr, oris, m. t. Qui domat: hoc est, cicurem, & mansuetum reddit. [מעבד *mehabedh*, δαμαστής, δουλαγωγός. Gal. *Domteur, qui domte*. Ital. *Domatore*. Ger. Ein Zämer, der etwan dempt vnd zahm macht. Hispan. *El domador*. Polon. *Pan, vjarzmiaiący, vikramiający, dyiący*. Vn. *Enyhitő, szeledités*. Ang. *He that tameth*.] Ovidius Trist. Quid tibi de tetrico referam domitore Chimæræ? ejusdem etiam legitur Domator. Tibullus: -conveniunt ingenia domatori.

Dōmĭtrīx, cis. [δαμάστειρα, δουλαγώγεια. Gal. *Celle qui domte*. Ital. *Donna che doma, vince & supera*. Ger. Ein Zämerin. Hispan. *Domadora*. Polon. *Taktora vikramia*. Vn. *Szeledités hölgye*. Ang. *She that tameth*.] Virgil. 3. Georg. -domitrixque Epidauri equorum.

Dōmābĭlĭs, le, om. t. Qui est aptus ad domādum. [ἡμερωτός. Gal. *Domtable, aisé à domter*. Ital. *Cosa che si può domare*. Germ. Zämig, das wol zu zwingen vnd zu zähmen ist. Hispan. *Cosa que se puede domar*. Polonice, *L'atwi do vikromienia*. Vng. *Szeledésre és kolma enyhitos, meg*. Anglice, *Easie to be ouercome or tamed*.] Horat. lib. 4. Carm. Ode 14: Te Cantaber non antè domabilis Hesperus. Ovid. 9. Metam. Atque immune necis, nullaque domabile flamma.

Dōmĭto, tas, tare, frequentativum. [ἐπιχειρῶ δαμάζειν. Pol. *Vsilować vikrocam*. Vn. *Meg enyhitém, szeledítém*. An. *To make tame, or subdue*.] Virg. 1. Georg. Et prensos domitare boves. Idem 7. Aeneid. -domitant in pulvere currus.

Dōmĭnŭs, m. f. A domo fit: & is propriè dicitur qui domui præest, & qui in familiam imperium habet. [אדון *adón* בעל *baál*, κύριος, δεσπότης. Gal. *Seigneur, maistre*. Ital. *Patrono, signore*. Ger. Ein Herr, Hausherr. Belg. Een Meester. His. *Señor como de siervos*. Pol. *Pan, oczyec czeladni*. Vn. *Vr, gazda*. An. *A master, a lord*.] Sunt enim dominus & servus, ὁν πρὸς ἄλληλα, hoc est, ceteræ quæ ad aliquid referuntur. Terent. in Eunuch. Apparentivum hunc esse domini pauperis. Plaut. in Cistel. Quis dicebatâ? L. Demipho dominus meus. ¶ Item Domini appellatio ad eos extenditur qui rei alicujus proprietatem habent, etiamsi usus fructus alienus sit. Abusivè tamen & filiusfamilias, & cæteri liberi, qui in potestate sunt, & usufructuarii, domini dicuntur. Hæc ex Vlpiano. ¶ Item Dominus vocatur qui in regnum vel civitatem imperium habet, & cui populus sunt. Virgil. 1. Aeneid. Romanos rerum dominos, gentemque togatam. ¶ Rursus Dominus dicitur maritus. Idem libro 4. -connubia nostra Reppulit, ac dominum Aeneam in regna recepit. ¶ Sunt etiam amantium verba dominus & domina, blanditiis apta. Ovid. Hæc tibi sub domino est Pyrrhe puella suo. Et iterum: Nam furor in dominam temeraria brachia movit. ¶ Item ponitur pro convivii exhibitore. Varro: Aut dominum, aut vinum, aut aliud quid laudato. Cicer. in Verr. Quū ipse epuli dominus Qu. Appius albarus esset. ¶ Dominus quoque & domina, sumi solent pro deo ac dea. Ovid. Et domino solvere vota Iovi. ¶ Dominus simpliciter appellatur in Iure Civili, qui quoque tempore usu cœpit. l. si fundum. §. Iulianus de damno infecto. Quamvis & veteres honoris causa dominum aliquem dicere solebant, ut quum Nesennius ad Paulum scribens. l. Nesennius ad L. Falc. Ex fundo, inquit, Domine talis species incidit. Sic & mariti uxores suas, & maritos illæ quandoque appellant. Sic & Plinius: Trajanum dominum eadem scilicet consuetudine, cujus & Martialis quoque & Seneca meminerunt. Dominus fit is, cui traditur ex causa emptionis, donationis, dotis, mutui, legati, hæreditatis, solutionis, transactionis, sententiæ, vel similibus traditionibus. C. De pactis. l. nūquam nuda. De acquirendo rerum dom. Domini appellatio, à domo deducitur, οἰκοδεσπότης proprium Græci vocant: & à domo derivant Vlpian. in tract. Institut. de hæred. qual. & different. Domini appellatio ad eos extenditur, qui rei alicujus proprietatem habent, etiamsi ususfructus alienus sit. Vlpian. Domini abusivè dicuntur filiusfamiliàs, & cæteri liberi qui in potestate sunt, & usufructuarii. Ex Vlpian.

Dōmĭnā, næ, f. p. Hera, domini uxor, quæ in familiam, aliàve rem imperium habet. [בעלה *baháleh*. Δέσποινα. Gal. *Dame, maistresse*. Ital. *La signora, la maestra*. Ger. Ein Frau, Herrin. Hispan. *Señora como de siervos*. Pol. *Pani*. Vng. *Asszony*. An. *A lady or maistresse*.] Cic. in Parad. Cupiditas honoris, dura domina. Idem libro 2. de Finib. Dominæ rerum omnium virtutes. Virgil. libro 3. Aeneid. Et vinctæ currum dominæ subiêre leones. Cic. libro 3. Offic. Hæc enim una virtus omnium est domina & regina virtutum. De justitia loquitur. ¶ Domina, κατ' ἐξοχὴν quandoque

quandoque pro Proserpina legitur. Virg. 6. Aeneid. Hi dominam Dius thalamo deducere adorti.

Dominicus, derivatum, [κυριακός. Polon. Panski. Vng. Vri.] ¶ Dominicæ habitationes, apud Colum. libro 9. cap. 1. Et, Rationes dominicas pecuarias conficere apud Varr. lib. 2. de Re rust. cap. 10.

Dominor, aris, Ius, & imperium in rem aliquam habeo, rerum potior, regno, dominatum teneo: [רדה radhah שרר sar. משל mashal. κυριεύω, κρατῶ. Gal. Maistriser, dominer. Ital. Signoreggiare. German. Herschen. Bel. Heerschappen. Hispan. Enseñorear. Pol. Panuie. Vngar. Vralkodom. Ang. To have dominion or mastership, to bearе rule.] & frequentissime habet dativum. Virgil. 1. Aeneid. Victis dominabitur Argis. Modò accusativum, cum IN præpositione. Ovid. libro 1. Metamorph. -& quod dominari in cætera posset. Cicer. in Catone: Felix senectus, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos. Modò ablativum cum præpositione IN. Sulpit. Ciceroni: Quum casus & natura in bonis dominatur. Virgilius lib. 2. Aeneid. -incensa Danai dominantur in urbe. ¶ Interdum etiam cum genitivo invenitur, sed nonnisi in sacris literis. ¶ Dominor aliquando passivè accipitur. Cic. primo Officiorum: O domus antiqua, quam dispari domino dominaris. Cap. 30.

Dominatus, m. q. Principatus. [משרה mishrah ממשלה memshalah עבר bésser. κυριεία. Gallicè, Domination, seigneurie, maistrise. Ital. Signoria, tirannide. Germ. Ein Herschafft. Hisp. Senorio. Pol. Panowanie. Vn. Vralko dás. An. Dominion, lordship, mastership.] Cic. 4. de Finib. Quum autem assumpta ratio est, tãto in dominatu locatur, ut omnia illa prima naturæ hujus tutelæ subjiciantur. Idem 1. de Divin. Quę erat urbs in Thessalia, tum admodum nobilis, ab Alexandro tyranno crudeli dominatu tenebatur.

Dominator, oris, m. t. [משל mashal שר sar. κυριεύων, κρατῶν. Gal. Dominateur & seigneur. Ital. Il Signore. Ger. Ein herrschender Herr. Hisp. El que enseñorea. Pol. Tenkteri panuie. Vn. Vralkodo. An. That hath dominion, a lord.] Cic. 2. de Natura deorum: Dominator rerum Deus.

Dominatrix, f. t. [שרה sarah. κυρία, κυριεύουσα. Gal. Celle qui domine. Ital. Donna che signoreggia. Germ. Ein Herscherin. Hisp. La que enseñorea. Pol. Ta która panuie. Vng. Vralkodó asszony. An. She that hath dominion.] Cicer. 1. de Invent. Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas.

Dominatio, Imperium. [משרה mishrah ממשלה memshalah עבר bésser. κυριεία. Gal. Seigneurie, domination. Ital. Signoria, dominio. Ger. Herschung oder Herschafft. Hispan. Senorio. Pol. Panowanie. Vn. Vrasig, vralkodás. Ang. Lordship, mastership, empire.] Cic. 5. Verr. Qua impudentia putatis eum in dominatione fuisse, qui in fuga tam improbus sit? Tacit. lib. 13: Quæ cunctis malis dominationis cupidinibus flagrans, &c. Cic. 2. de Invent. Dominatio rationis in libidinem. ¶ Interdum dicitur Dominatio, cùm filius familiàs jus patriæ potestatis exit, suiq; dominii & juris paterq; familiàs efficitur. Festus: Regalia extra appellantur, quæ potentibus insperatum honorem pollicentur: privatis & humilioribus hæreditates: filio familiæ dominationem.

Dominatum, nii, n. f. Imperium, & principatus. [משרה mishrah ממשלה memshalah עבר bésser. κυριεία. Gall. Seigneurie, dominion, maistrise. Ital. Dominio, signoria. German. Herischafft. Hispan. Senorio. Polonicè. Panowanie. Vng. Vrasig hatalom malkodás. Ang. Lordship, empire, dominion, rule.] Varr. 2. de Re rust. cap. 6: In mercando item (ut cæteræ pecudes) emptionibus, traditionibus dominium mutant.

Dominium, dominii, est Ius de re corporali perfectè (quod salva Legum prohibitione fiat) disponendi. Alciat. l. traditionibus. Codice de Pact. Dominium, inquit Bartol. est jus de re corporali perfectè disponendi, nisi lege prohibeatur. Apellus noster Plinius definit hoc modo: Est jus de re corporali perfectè disponendi, si rei copiã habeas, sin minus vẽdicandi: nisi vel lege, vel cõventione prohibearis. Est etenim Dominium ipsissima causa rei vendicationis quum videlicet alius quispiam nobis invitis, vel possidet, vel detinet. Dominium dividitur in directum, & utile. l. j. §. fin. Si ager vectig. vel emphyt. per. Partitur in proprietatem & usumfructum, l. iiij. de Vsufruct. l. qui usumfructum. de Verborum obligat. Sed & alias in Iure invenimus Dominii species, indicat Alciatus, in Parergis. Quoddam enim Dominiũ est κατ' ἰδιάζοντα: id est, in spe, ut quum in l. in suis de Lib. & posthum. filius familiàs rerum paternarum dominus vocatur, unde & sui hæredes dicuntur tanquam sibi ipsis succedant: erant enim vivente quoque patre domini. Aliud est dominium κοινῶς λεγόμενον: id est, per anticipationem dicere possumus, ut quum mulier rei suæ in dotem traditæ domina dicitur. l. in rebus. C. de Iur. dotium. Aliud est Dominium quod vidua habet, quam maritus relictis liberis decedens, in testamento jussit esse dominam usufructuariam, administratricem (dominium enim illud κατ' ἐξοχὴν & imaginatium est) eam solùm in domo præeminentiam consecuta, quã vivente marito habebat. Ideoque ad alimenta tantùm contrahitur: est igitur & hoc dominium κατ' ἐξοχὴν φαινόμενον. Aliud est quod summum seu majus dominium vocant: quædam scilicet majestas, cujus observationem fœderati supremo Principi, vel Reipubl. debent, l. non dubito. de Capt. & postlim. rev. Effectus autem majoris dominii, quos non paucos referant ab interpretibus petendi sunt. Dominium item dividitur in id quod Iure Gentium acquiritur, & in id quod Iure Civili. Prius autem sine possessione acquiri non potest, posterius potest maximè, l. à Titio in fin. de Furt. l. quum hæredes, in princip. de Acquirend. possessione. l. facta ad S. C. Trebellian. l. 1. de R. possession. §. 1. Institut. de Acquis. per adrog. & titul. proximè sequenti cum similibus. Dominium, proprietas, & ususfructus, quæ duo sunt partes dominii, & non minùs perfectiones, quàm Dominium ipsum sunt ex pluribus causis. l. iij. §. ex pluribus. de Acquirend. posses. l. non ut ex plurib. ut de Regul. Iur. §. sic itaque discretis Instit. de actionibus. Quasi dominium. IVS in re, & obligatio, sæpenumerò sunt ex pluribus causis. l. & an eadem l. penultima. de Except. rei judic. dicta l. non ex pluribus, quum sint quædam imperfectionis. Dominium acquiritur tum Iure Gentium, tum Iure Civili. Iure gentium, occupatione, inventione, alluvione, traditione, &c. Iure civili autem, usucapione, præscriptione, legato, additione hereditatis, arrogatione, & nonnullis aliis modis. Quod tamen ad traditionem attinet, requiritur ipsius traditionis justa causa. Dominium quasi dominium, & Ius in re specificum, affinia sunt inter se, & species distinctę ipsius Iuris in re generici. Directũ verò & utile species ipsius Dominii. Dominii duo esse officia Bartol. in l. 1. ff. de Acquir. posses. explicanda, Possessionis definitionem tradit. Vnum disponendi: alterum vendicandi, per Iam rem actio, de rei vend. l. si quis. vide §. differentia, jam dicto titulo de Acquir. possess.

Dõnarium, Donativum, Vide DONVM.

Donatus, participium à Donor. Vide Dono in DONVM.

Dõnax, [δόναξ. Germanice, Ein gattung eines grossen Rohrs. Pol. Trzcina miasta a gibka. Vng. Szittyu, Naid. Ang. An angling rodde of a cane.] Est calamus crassiore ligno, & tenui foramine, quem totum fungosa replet medulla, fruticosissimus, & nonnisi in aquaticis nascens, sagittis aptissimus. Longissima internodia habet, & dum calefactus est, facilè flectitur. Hinc apud Plin. lib. 16. cap. 36: Calamus fruticosissimus, donax dictus est.

Dõnec, adverbium, Significans quoad, vel quousque. [עד hadh. ἕως, ἐὰν, ἄχρις οὗ. Gal. Iusques à ce que, tandis que. Ital. Fin che, mentre che. Ger. Biß das. Bel. Tot dat. Hisp. Hasta que. Pol. Pokad, azalorsad. Vngar. Miglen, mig. Ang. Vntill.] Terent. in Andr. Nunquam destitit orare usque adeò donec perpulit. ¶ Iungitur autem tàm indicativo modo, quàm subjunctivo, & cuivis etiam tempori. De præsenti exemplum est apud Plautum in Cistel. -non destiti instare usqueadeo donec adjurat se anus, &c. De præterito suprà positum est exemplum ex Terentio. Exempla futuri nusquam non occurrunt. Virg. 1. Aeneid. -donec regina sacerdos Marte gravis, geminam partu dabit Ilia prolem. Ad eundem etiam modum cum omnibus subjunctivi temporibus jungitur. Columell. Donec ea aqua, quam adjecerit, decoquatur. Cato de Re rustic. Donec pecuniam satisfecerit, aut delegarit, pecus & familia quæ illic erit, pignori sunto. Terent. in Phorm. Donec tibi quod pollicitus sum effecero. ¶ Accipitur etiam donec pro quandiu. Ovid. de Ponto lib. 3: Donec eris fœlix, multos numerabis amicos. ¶ Veteres pro Donec dixerunt Donicum. Cato de Re rust. Sed usq; licebit vellas, donicum semen videris ire. Livius quoque ita usurpat: Ibi manens sedeto donicum videbit me carpento vehentem domum venisse. Plaut. Inimicus esto donicum ego revenero.

Dõnum, hujus doni, n. f. Ex Græco est (inquit Festus) quod dari vocant δῶρον. [מנחה minchah שחד shohhadh. Gal. Don, present. Ital. Dono presente. Ger. Ein Schenke oder Gab. Bel. Gifte. Hispan. Don que se da como guiera. Pol. Dar. Vn. Ajándék. Ang. A gift or present.] Plin. lib. 35. cap. 14: Græci enim (ait) antiqui δῶρον palmum vocabant, & ideo dõra munera, quia manu darentur. Est autem donum, quod aut propitiandis Diis datur, aut hominibus pro benefactis, quæ nulla necessitate juris, sed sponte præstantur. Ovid. de Arte: Munera, crede mihi, placant hominesque Deosque: Placatur donis Iuppiter ipse datis. ¶ Differt donum à præmio, ut præmium sit quod datur ex præcedenti merito: donum, quodvis munus quocunque modo datum. ¶ Donatus in illud Terentii in Eunuch. Quodvis donum & præmium à me optato, id optatum feres: distinguit donum à munere, ut donum deorum sit: munus, hominum: quæ tamen differentia nullo modo observatur. Nam & dona dicuntur quæ dantur hominibus, & munera quæ diis offeruntur. Itaque vera differentia hæc videtur, ut Donum di-

num dicatur majorum esse rerum: Munus verò minorum. Nã & regna, & regiones, & oppida, & prædia, cæterasq; res immobiles, dono dari passim legimus: muneri dari non item. ¶ Aliquãdo donum dicitur de rebus perniciosis. Virg. Eclog. 6: Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit. ¶ Donum honorarium: id est, quod datur patrono, ab honore dictum, quòd hujusmodi muneribus clientes patronos suos solerent honorare. Neque enim, ut hodie, ita olim patroni mercede conducti clientum negotia suscipiebant, quod illo tempore ignominiosissimum putabatur: grati tamen clientis erat acceptum à patrono beneficium munusculo aliquo remetiri: quod illi donum honorarium vocabant. Nostri autem seculi advocati (ut non infacetè ait Budæus) arbitraria, non honoraria dona accipiunt: quippe qui pro suo arbitrio litigatoribus mercedem præscribunt, nullumque suæ rapacitati faciunt modum.

Dōno, as, act. p. Donum in aliquem confero, largior, munere afficio, munus do. [נתן נתן נבד זבד חנן שחד nathan zabadh chanan shachadh. δωρεῖσθαι. Gal. Donner. Ital. Donare. German. Schenken/begaben. Hispan. Dar graciosamente. Polon. Darować. Vng. Ajandékozok. Anglice. To give, or present à gift.] Plaut. in Aulul. Ab eo donatur auro, uxore & filio. Idem in Amphit. Quo pacto sit doniis donatus plurimis. Cicer. 1. de Orat. Inferi quidem & donari ab arte non possunt: omnia sunt enim illa dona naturæ. Senec. de Benefic. lib. 3. capite 14: Vt circumspectiùs donaremus, circumspectiùs eligeremus eos, in quos merita conferuntur. Cicer. in Pison. Mihi populus Rom. universus illa in concione non unius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatemque donavit. ¶ Donare civitate, est efficere cives, & jura civium dare. πολίτας δίδωμι, πολιτογραφῶ, μετοικίδιον τινὶ δεῖν πολίτην. Cicer. pro Archia Poeta: Quid? à Qu. Metello Pio familiarissimo suo, qui civitate multos donavit, neque per se, neq; per Lucullos impetravisset. ¶ Hujus verbi compositum est, Condono, quod quandoq; pro simplici usurpatur: quandoque significat quicquam ad aliorum petitionem do: quandoque ignosco. συγχωρῶ. Terent. in Phorm. Argentũ quod habes condonamus tibi. Salust. Haud facilè alterius libidini malefacta condonabam.

Dōnātus, participium munere affectus, cui aliquid donatum est. [נתון nathan, δωρεὰ. Polon. Vdarowany. Vngarice. Meg ajandékozatot.] Virgil. 5. Aen. Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. ¶ Hujus contrarium Indonatus. ἀδώρητος.

Dōnātio, f. t. Est doni alicujus in alterum collatio, & propriè ea, quæ nullo urgente jure, sed ex mera liberalitate fit, idque ea quidem mente, ut statim qui dat velit accipientis fieri, nec ullo casu ad se reverti. [מתנה mattanah. δόσις, δωρεά. Gal. Donation. Ital. Donatione. German. Ein freywillige schenke / vergabung. Hispan. Donacion. Polon. Darowanie. Vngar. Adándékozás. Ang. The presenting or giving of a gift.] Quòd si sub conditione fiat, non est vera donatio. Cicer. in Orat. Vt corona aurea donaretur, eaque donatio fieret in theatro populo convocato. Dicimus autem, dono tibi munus, & dono te munere. ¶ Donatio onerosa dicitur, cùm donatus revocat donationẽ propter ingratitudinem. Zasius. §. Item si quis. Institut. de Actiou. Donatio dividitur in eam, quæ fit mortis causa, & in eam quæ fit simpliciter, l. Senatus. §. de mort. causa don. l. alienatum. §. Sin. de verb. signif.

Dōnāria, n. f. Sunt ipsa (ut Valla docet) dona, quæ deo offeruntur. [מנחה minchah שי shai זבד zebadh. ἀναθήματα, ἀφιερώματα. Polon. Podarki. Vngar. Istennek tetszik adattatott ajándék. Angl. Gifts and presents, or sacrifices offered to god.] quæ scilicet dicata diis, ex tholis, aut parietibus, aut etiam columnis suspenduntur. Macrob. Ornamenta verò sunt clypei, coronæ & hujusmodi donaria. Nonnunquam locus est, in quo dona reponuntur, & pro ipso etiam templo. Virgil. libro 3. Georg. Tempore non alio dicunt regionibus illis Quæsitas ad sacra boves Iunonis, & uris Imparibus ductos alta ad donaria currus. Gell. lib. 2. cap. 10: Vbi reponi solerent signa veteta, quæ ex eo templo collapsa essent, & alia quædam religiosè donariis consecrata. Apul. Ibi donarium deę perquam opulentum, plurima auri & argenti ratio in lancibus, speculis, poculis, & hujusmodi utẽsilibus. Quod est contra Laurent. Vallam, qui Servium reprehendit, quòd donaria interpretetur loca, in quibus dona suspenduntur.

Dōnātīvum, n. f. Munus quod à principe vel imperatore militibus donatur. [מנחה minchah שי shai זבד zebadh. ἐπίδοσις. Gal. Largesse de Prince, donatif ou generale. Ital. Dono fatto da un Principe. German. Ein Gaab oder Verehrung so ein Fürst oder Hauptmann seinen Kriegsleuten thut. Hispan. Don hecho de Principe. Polon. Podarek. Vngar. Istenbelbmetl vitézykeknek adattatott ajándék. Angl. A gift or dole of a prince or noble man.] Suetonius in Domitiano: An duplum donativum militi donaret. Plin. in Paneg. Nam mihi cogitandi eundem te collationes remisisse, donativum reddidisse, congiarium obtulisse, &c. Tacit. lib. 20: Et adventu quintanorum quintadecimanorumque auctę legiones donativum poscunt.

Dōnātīvus creditor, qui donationem facit. [Polon. Podarunek. Vn. Adódalékozó.] Paulus Interconsul. Si de duobus debitoribus mortis causa donativus creditor uni acceptum tulit, & convaluerit, eligere potest uti condicat.

Dōnātīcæ coronæ, Dicebantur quibus victores in ludis donabantur: quæ postea magnificentiæ causa institutæ sunt, super modum aptatæ capitibus, quasi amplitudine fiunt, quum ires ornantur. Festus.

Dorcadias, herba, quæ alio nomine mustium vocatur, & passioni hepatis confert.

Dorcĭs, dorcadis, f. t. [צביה tsebiyah. δορκάς. Pol. Sarna. Vng. Ör. (szarvas) vadkecske. An. Arve.] Dama, seu capra, δοὺς ἐν ὄρει δέρκεται: hoc est, ab eo quòd acutè videat. Plin. lib. 28. cap. 1: Dorcadis pelle collo suspensa. Martial. lib. 13: Delicum pavo donabis dorcada nato.

Dorcidion, Dictamnum. Dioscor. lib. 3. cap. 35.

Doriphagi, orum, m. f. Appellantur quasi donivori, & dona hæsitantes, nostro tempore nonnulli visceripatræ & capedipatræ, vel etiam capedivori appellari possunt.

Dŏrĭs, idis, [δορίς. German. Ein stechend Kraut mit einer rothen Wurtzel.] Herba est anchusæ similis, lanuginosior tamen, & minus pinguis, tenuioribus foliis & languidioribus. Radix oleum non fundit, sed rubentem succum, & in hoc ab anchusa distinguitur. Hæc Plin. lib. 22. cap. 20.

Dormĭo, is, n. q. verbum absolutum, Somnum capio, sopitus sum [ישן jasheen. κοιμᾶμαι, καθεύδω. Gal. Dormir. Ital. Dormire. German. Schlafen. Belg. Slapen. Hispan. Dormir. Pol. Spać. Vng. Alusznom. Ang. To sleepe, to be a sleepe.] Plaut. in Trin. Egomet autem quum extẽplò arcum Mihi & pharetram & sagittas sumpsero, cassidem in caput, dormibo Placidè in tabernaculo. Aliquando cum accusativo, & præpositione IN. Plin. Epistol. Nihil est quod in dextrã aurem fiducia mei dormiat non impunè cessatur. ¶ Dormire in utramvis aurem, est animo otioso, securo, vacuoq; esse. Terent. in Heavt. Adempta tibi jam faxo omnem metum, In aurem utramvis otiosus dormias. ¶ Dormire in utrumvis oculum idem significat. Plaut. in Pseud. De ista re in oculum utrumvis conquiescito. ¶ Hujus composita sunt, Addormio, à quo Addormitio: Edormio, Obdormio, Prædormio, & Redormio, de quibus de suis locis.

Dormĭto, as, penult. product. n. p. frequentativum est, quasi diminutionis significatum quandoque habeat. [נום נומה, νωθρῶ, νωθρεύω. Gal. Sommeiller, avoir faim de dormir. Ital. Dormicchiare. German. Hefftig schlafen. Hispan. Entre dormir y velar. Pol. Zasypiam. Vngar. Szunnyadok. Ang. To sleep often, to have a desire of sleeping, to slumber.] Horat. -quandoque bonus dormitat Homerus. Est autem propriè Dormitare, somno demum. Plaut. in Amphit. Te dormitare ajebas, mensa ablata est, cubitum hinc abimus.

Dormĭsco, is, Dormio. [καθεύδω, κοιμᾶμαι. Pol. Posnąć, śpać. Vn. Alomni fogok.] Plaut. Curc. Caput deponit, quum dormiscit, ei subduco aculum.

Dormĭtātŏr, m. t. Qui solet dormire, & omnia negligenter agere. [נרדם נרדם nirdam. ὑπνώττων. Gal. Dormeur, dormart, nudormi & negligent en ses affaires, fainéant. Ital. Dormiglione, da poco. Germ. Ein schläfferiger / der so nederlich zu seinem sachen thut als wann er schlafe. Hisp. Dormidor. Pol. Ospalec. Vng. Szunnyadó, alusztkony. Ang. A sleeper, a slug gard, a slumberer.] Plautus in Trin. -mira sunt, Ni illic homo est aut Dormitator, aut solutus zonatius.

Dormĭtōrĭus, a, um, adjectivum: ut, Cubiculum dormitorium ubi dormitur. [κοιτῶν. Gal. De dormir, qui sert à dormir. Ital. Che serve à dormire. Germ. Das zu schlafen gehört. Hisp. Cosa pertenesciente à dormir. Pol. Dospania przynależący. Vng. Alomhoz tartozó. An. That serveth for sleeping.] Plin. Iunior in Epist. Est in hac diæta dormitorium cubiculum, quod diem, clamorem, sonum excludit.

Dormĭtōrĭum, n. f. substantivè, Dormitorium cubiculum. [κοιμητήριον, κοιτών. Gal. Dortoir, lieu où on dort. Ital. Luogo da dormirsi, dormitorio. Germ. Ein Schlafkammer. Hisp. El dormitorio. Pol. Komora do spania. Vng. Alom hely. Ang. A dormitory, a bed chamber.] Plin. li. 30. ca. 6: Post hæc jubent eum in panere dormitorii, tectòve includi.

Dorodocia, æ, fœm. p. Corruptio est muneribus facta, quam Iurisconsulti sordium verbo significare solent: dicitur autem & de corrupto, unde Dorodocos judices Demosthenes appellat, quos Nummatos nos appellamus: id est, sordidos.

Dōron, [מנחה minchah שחד shoochadh. δῶρον. Gal. Don, présent. Ital. Dono. Germ. Ein Gaab oder Schenke. Hisp. Don. Pol. Dar. Vngar. Adódalék. Angl. A gift, a present.] Donum à Græcis dicitur, quòd munera fere manu dẽtur. Apud antiquos enim

Græcos

Græcæ linguæ scriptores, δῶρον pro palmo, sive manu invenitur. Plinius libro 33. cap. 14: Græci (inquit) antiqui δῶρον palmum vocabant, & ideo dora, munera, quia manu darentur. Vnde Antidora, ἀντίδωρα, remunerationes. Vetus autem illa significatio adhuc remansit in compositis, Didoron, Tetradoron, & Pentadoron, peu. prod. quib. lateres in structuris ædificiorum significantur, qui duorum, quatuor, aut quinq; palmorum longitudinem habent. Palmi autem nomine mensuram intelligimus duodecim digitorũ, quem palmum majorem, sive dodrantem vocant.

Dŏrsum, si, n. s. Tota posterior corporis pars, à collo usq; ad os sacrum. In qua significatione legitur & dorsus mascul. gen. [גב gab. νῶτον. Gal. Dos, eschine. Ital. Dorso, schiena. Germ. Der Rucken. Hispan. El espinazo, el lomo. Polon. Grzbiet. Vngaricè, Hát. Anglicè, The backe.] Plaut. in Milite: Timeo quid rerum gesserim: ita dorsus totus prurit. Non solùm autem dicitur de hominibus, cæteris que animalibus, sed etiam de inanimatis: ut de litoribus, aquis, montibus, & hujusmodi. Virgil. 1. Aeneid. Dorsum immane mari in summo. Idem 10. Aeneid. Namque inflicta vadis, dorso dum pendet iniquo. Quibus in locis significat duriorem arenam (ut inquit Servius) quæ meantibus ultrò citroque fluctibus densatur: quòd à nautis pulvinus vocatur. ¶ Antiqui tamen dossum dicebant quod nunc dorsum dicimus. Vnde dossuaria jumenta à Varrone dicta libro 20. capite 10, quæ dosso vehunt. Ad quam rem (inquit) habent jumenta dossuaria domini, alii equas, alii pro his quid aliud, quod onus dorso ferre possit.

Dorsŭlĭs, n. t. Tegumenta quibus equi & boves teguntur. [ἐπίνωτα. Gal. Couverture de cheval. Ital. Coperte de cavalli. German. Ein Rackendecke/Rattdecke. Hisp. Las coberturas de los bueyes è cavallos. Pol. Deka, na konie albo nowi oli. Vng. Barom pokrotczá. Ang. Saddle clothes.] Iulius Cap. Processerunt centeni albi boves, cornibus auro jugatis, & dorsualibus apricis discoloribus præfulgentes.

Dorx, de hac fere in verba Barbarus: Non placet, inquit, quorundam distinctio inter Dorcadem & Dorcem, quasi Dorcas cervinus pullus sit. Dorx animal diversum: cùm Dorcas Aristoteli, non cervum, sed capram significet. Certè Dioscor. in Coagulí mentione Dorcadem à dorce separavit. Hęc Barbarus.

Dŏrycnĭum, δωρύκνιον, Strychni genus est Theophrasto, radice candida, longa, cubitali, cavaque, folio crucæ majusculo, caule quadricubitali, capite gethyi majore, pilosioreque, pilulæ platani non absimili. Drachmæ pondere datur, ut sibi quis placeat, & pulcherrimum se existimet: duplicatum pondus majorem insaniam creat, spectris vanis animo observantibus: triplicatum perpetuas gignit furias: cui ponderi siquid adjiciatur, præsentem necem affert. Ab his effectib. à quibusdam manicon est appellatũ. Dorycnium autẽ dictũ putatur, quòd lanceatum cuspides in prælio eo tingerentur.

Dŏryphŏrŭs, penult. corr. m. s. [δορυφόρος. Polonicè, Straż albo garda krolewska kiego cząd'a. Vngaricè, Fegyedelem hordó darabja. Ang. A groom man about a prince that beareth a speare.] Satellites qui lanceam, aut spiculum gestans, tuetur corpus principis. Nam δόρυ lancea est, vel spiculum. Curt. libro 10: Cognatorũ Darii regis turbam quindecim millia hominum fuisse mulieberiter propemodum cultam, luxu magis, quàm decoris armis conspicuam, doryphori vocabantur: Peculiare enim erat illius agminis insigne. ¶ Est etiam viri proprium apud Quintilianum.

Dŏs, tis, f. t. Propriè dicitur quod marito cum uxore datur. [מהר mahar. φερνή. Gal. Douaire, le mariage d'une fille. Ital. Dote. German. Ein Ehestuer oder heimsteur. Belg. Houwelijck goet. Hisp. Dote del casamiento. Pol. Posag. Vng. Ingy ruha. Angl. The dowrie which the woman doeth give unto her husbande.] Plaut. in Amphit. Non ego illam mihi dotem duco esse quæ dos dicitur: Sed pudicitiam, &c. Terentius in Andr. Dos est Pamphile decem talenta. Idem in Adelph. Vxor sine dote veniet: intùs psaltria est. ¶ Duo autem dotium genera enumerantur à Iurisconsultis, profectitia scilicet, & adventitia. Profectitia dos est, quæ à parentibus profecta est de bonis eorum: Adventitia verò, quæ aliundè advenerit: si quis patri certam pecuniam dederit quam filiæ nubenti reddat. ¶ Transsumitur præterea latius hujus nominis significatio pro omni eo quod alicui datum est vel à natura, vel ab hominibus. πεφυκότα. Vnde dotes animi dicuntur, prudentia, justitia, fortitudo, & hujusmodi: & dotes corporis, pulchritudo, robur, incolumitas, & his similia. Martialis libro 13: Nec poteris simul æ dotes numerare, nec usus. Cic. lib. 1. de Orat. Cujus autem quum indotatam esse, atque incomitatam, & incomptam videres, verborum eam dote locupletasti, & ornasti. Ovid. 3. Trist. Nam tibi quum facilis mores natura pudicos, Et rat as dotes, ingeniumque dedit. ¶ Dotes etiam prædiorum dicuntur pro adventitiis emolumentis quibusdam & aliunde quæsitis, non ipsis innatis: quæ inde appellationem sumpserunt, quòd prædiorum onerbus ac sumptibus tolerandis attributa sunt, ut dotes in matrimoniis. Ex Hotomano.

Dŏtālĭs, le, om. t. Quod ad dotem pertinet, vel in quo dos consistit. [φερνικός, ἡ τοῦ φερνικοῦ. Gal. Douairier, de douaire. Ital. Dotale. Germanicè, Das zu der Ehestuer gehört. Hispan. Cosa que se da en dote y casamiento. Polon. Posagowy. Vngar. Ingy rubahoz valo. Ang. Pertaining to dowrie.] Vnde Dotalia bona, Dotales fundi. Plaut. in Asin. Dotalem servum Sauriam uxor tua Adduxit, cui plus in manu sit quàm tibi. Idem in Mil. Hasce ædes dicas dotales tuas. Liv. libro 26: Hæc tibi à me dotalia dona accedent.

Dŏto, tas, act. p. Dotem do. [מהר mahár. ἐδώρησαν. Gal. Douer. Ital. Dotare, dar dote. Ger. Ausstewren / mit einer Ehestuer begaben. Belgicè. Putsetten/ten houwlick geven. Hispan. Dotar la muger de casamiento. Polon. Posagi albo wiano dać. Vng. Ingy ruhat adok. Ang. To give dowrie, to endowe.] Sueton. in Vesp. Vitellii hostis sui filiam splendidissimè maritavit, dotaviteq; etiam, & instruxit.

Dŏtātŭs, a, um, adjectivum, Vnde dotatam mulierem dicimus, quæ dotem habet: & indotatam, quæ dotis ad maritum nihil attulit. [ἄδωρος. Pol. Posagiem opatrzona. Vng. Ingy rohái (item) meg kanlegitatot, kanylag. Anglicè, Endowed, which giveth dowrie to her husband.] Plaut. in Asin. Hæ sunt, atque aliæ multæ in magnis doribus incommoditates, sumptusq; intolerabiles. Nã quæ indotata est, ea in potestate est viri: dotatæ mulctant & damno & malo viros. ¶ Dotatum etiam latiùs intelligimus eum qui bonis quibusdam animi, corporis, aut fortunæ præditus est. Manilius lib. ult. Tertia Pleiadas dotabit forma sorores. Ovid. 11. Metam. Nata erat huic Chione, quæ dotatissima forma Mille procis placuit.

Dŏsĭs, δόσις, à verbo Græco δίδωμι, quod est dare. [Polon. Lieka.] Hac voce nostri hodie medici utuntur pro proportione simplicium medicamentorum compositionem ingredientium.

Dŏthĭen, enis, δοθιήν. Polon. Wydecie siema ciele.] Abscessus cum tumore qui ex crassis humoribus in carnosis plerunque locis fit mitis, quum in sola cute coierit: maleficus autem, nec facilè curabilis, quum ex alto in summam cutem emerserit. Vide Marcellum Virg. in Diosc. lib. 2.

Dŏxā, doxæ. fœm. p. δόξα, Latinè opinio dicitur. Vnde & paradoxa, παράδοξα, quæ admiratione digna sunt, & opinionem hominum superant, vel potiùs præter opinionem. ¶ Interdum majestas dicitur. ¶ Item gloria. Vnde Eudoxa, vera gloria.

D ante R.

DR. In notis antiquorum, Drusus. D R. P. dare promittit. D. R S. de regibus. D. R M. de Romanis. D. R P. de republica. D. T. S. P. Diem tertium, sive perendie, vel sive per eundem, vel sive perendinum. D S. Deus. D S. Diis. D. S. P. O. de sua pecunia obiit. D. S P. S. P. de sapientia sua perfecit. D. S V P. P. de supina pila. D. S. dato solo. D S P. de sapientibus. D T. duntaxat. DT. durat. D. T B. de tribubus. D. T R I B. T L. S. De tribunali tulit sententiam. D. T. G. Q S. De tuo genio quod sentis.

Drābe, [δραβή. Polon. Polni kmin.] Herba est cubiti altitudine, gracilibus virgulis, quarum latera utrinque vestiunt folia, quæ planè Lepidii viderentur, nisi teneriora essent, candidioraque. In cacumine sambuci umbellam gerit, in qua candidi flores emicant. Hanc nonnulli herbarum periti Orientale Nasturtium, alii Babylonium vocaverunt. Vide Ruellium lib. 2. capite 89.

Drācænā, δράκαινα, cum diphth. draconis fœmina: sicut leonis fœmina, leæna.

Drāchmā, f. p. [דרכמון darchemón אדרכן adharcón. δραχμή. Gal. Dragme, huitième partie d'une once. Ital. Dramma, denaro. Ger. Ein quintlein / der vierdte theil eines lots. Hispan. Drama peso, ò adarame. Polon. Dragma, to iest, osma części od uncy. Vngaricè, Gerdö. Ang. A dramme, the eight part of an ounce.] Genus ponderis ex decem & octo siliquis: id est, tribus scrupulis constans. ¶ Est & genus numismatis, denarium valens Romanum: hoc est, (ut Budæus docet) solidos Turonenses tres cum semisse. Terent. in Andr. Vix, inquit, drachmis obsonatus est decem. Cic. 1. de Divinat. Quibus divitias pollicentur ab his drachmas ipsi petunt.

Drăco, onis, m. t. [תנין tannin δράκων. Ger. Ein Drach. Bel. Ein draat. Pol. Smok. Vn. Sárkány. An. A dragon.] Serpẽs annosus, qui multa ætate in insolitam magnitudinem excrevit: ita dictus ἀπὸ τοῦ δέρκου, quòd hoc animal acutissimi visus esse credatur: unde etiam à Poëtis thesaurorum custodus fingitur præesse. Plin. lib. 8. cap. 11. autor est Dracones in India in tantam excrescere magnitudinem, ut perpetuum cum elephantis bellum geraut. ¶ Dracones etiã dicuntur à Plin. li. 17. cap. 23.

à tortuositatis similitudine palmites emeriti, pluribusq; annis indurati: Nuper (inquit) repertum draconem ferere juxta arborem: ita palmitem appellamus emeritum; pluribusque induratum annis. ¶ Draco marinus etiam Piscis est, qui & Araneus piscis vocatur. de quo Plin. libro 9. cap. 48. Vide Araneus.

Drăcōnĭtēs, δρακονίτης, sive Dracontias, gemma est quæ fit ex cerebro draconum, sed non nisi viventibus abscisso gemmescit, invidia animalis mori se sentientis: quapropter mos est amputare caput dormientibus. Est autem colore translucido, nec politi potest, aut attrit admittere. Plinius libro 33. capite 10.

Drăcōntĭum, n. f. [δρακόντιον. Gal. Herba appellat serpentine. Ita. Dragontia. Ger. Tracentwurz. Hispan. Dragontia. Pol. Obrzadki: herbarie, wężownik. Ang. Dragons or dragonwort.] Herba hortensia est, teste Dioscoride, folio hederæ, magno, & candidis notis insigni, caule recto, bicubitali, versicolore, maculis respersio purpureis, ita ut anguem planè referat. Officinæ Serpentariā & Colubrinam appellāt. ¶ Est etiā hoc nomine genus vitis apud Colum. lib. 3. cap. 2, quod vini generositate cum Ammineis conferri possit. Vnam (inquit) vitem præcoquam, nobis ante hoc tempus incognitam, Græca consuetudine dracontion vocari competimus, quæ fœcunditate jucunditateq;, arcellatæ, basilicæque & Bituricæ comparari possit: generositate vini, Ammineæ.

Drăcunculŭs, penult. corr. δρακόντιον, herbæ genus est quod dracontion Græci, pharmacopolæ Serpentariam appellant: utroque nomine à caulis figura deducto, qui maculis quibusdam variegatus, quandam serpentis similitudinem referre videtur. Vide paulò antè in dictione DRACONTION. ¶ Est etiā Dracunculus piscis ex concharum genere. Plin. lib. 32. cap. 11.

Drāgmă, atis, [δράγμα. Polonicè, Rzeq ktora wgarsci łapie: mojem. Vngar. Marek, egy marokni. Ang. A handfull, a bundell.] Apud Græcos dicitur quod nos rapinam, aut manipulum dicimus: hoc est, quantum una manu comprehendere possumus.

Drămă, atis, [δράμα. Polon. Gramkomedy.] Est actus vel repræsentatio fabularum, in quibus Poëtæ persona non admiscetur.

Drămătĭcŭs stylus, Dicitur qui mixtus non est, ubi Poëta nusquam loquitur: ut sunt comœdiæ & tragœdiæ: Exegematicus, in quo solus Poëta: Mixtus, ubi promiscuè & Poëta & persona. Dictus dramaticus, δραματικός, quasi activus, à δράω ago.

Drŏmăs adis, [בכרה bichrah. δρομάς. Germ. Ein Camel oder Dromedarij. Pol. Dromedarz gwiersz. Vng. Gyors teve.] Cameli species est, à velocitate cursus nomen habēs. Liv. li. 7. bel. Maced. Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ, & cameli, quos appellant Dromadas.

Drŏmōnes, Genus piscium est apud Plin. li. 32. cap. ult. à pernicitate ita appellatū δρομῶνες. ¶ Dromones item navigia celerrima, quasi cursoria à Iustiniano vocantur in l. 2. C. de offi. præf. præt. Afr. quos celoces Latini appellant à celeritate ut scribit Nonius. Milites, inquit, constituas, qui possint & ipsum trajectum servare, & omnia quæcunque in partib. Hispaniæ, vel Galliæ, sive Francorum agantur, viro spectabili duce denuntiare. In quo trajecto etiam Dromones quantos videris ordinari facias.

Drŏmŏs, [δρόμος. Pol. Miejsce do gwodu. Vngar. Futás, (avagy) futo hely, pálya.] Latinè cursus: quanvis nonnunquam accipiatur pro loco ipso in quo curritur. ¶ Hinc Catadromus, de quo suo loco.

Drŏpăx, acis, pen. gen. cor. m. t. [δρόπαξ. Po. Pliaster ktori ma włosi wirma. Vn. Keppaszto szer mellyel az orszlag, kenet.] Vnguenti genus est quod ad evellendos è corpore pilos solet adhiberi. Vnde δρωπακίζειν Græci dicunt pro eo quod est unguentis adhibitis corpus glabrum reddere. Martial. li. 3: Psilothro faciemque lavas, & dropace calvam. Idem lib. 10: Lævis dropace tu quotidiano.

Drupæ, arum, [δρυπάς. Germ. Oliven die noch nicht gut zu essen sind. Pol. Przeżałe oliwki.] Baccæ oleæ jam nigrescentes, & mox ab arbore casuræ: unde & nomen apud Græcos acceperunt, παρὰ τὸ πίπτειν ἐκ τῆς δρυός.

Dryophyte, es, f. p. Ranæ genus est apud Plin. li. 32. ca. 7: Ranę (inquit) quas dryophitas & calamitas vocant. [Pol. Żaby jedlem sie rodzące. Vng. Vz mely berkak az essonel az ezybbl le esnek.] Item cap. 10. Iecur ranæ dryophytes, aut calamitæ in pellicula gruis alligatum. Quibus tamen in locis eruditiores malunt legere diopetes & diopetis: ut ranas illas intelligas, quæ aut cum pluvia de cœlo decidunt, aut certè ex pluvia nascuntur. Græci enim διοπετὲς vocant quicquid ex aëre est delapsum, quasi à Iove missum.

Drȳŏphŏnŏn, penult. corr. δρυόφονον, Herba est dryopteri similis, cauliculis tenuibus, cubitalibus, circundatis utrinq; foliis oxymyrsinæ similibus, sed candidioribus & mollioribus,

flore sambuci. Edunt decoctos cauliculos, semine verò propinere utuntur. Officinæ Nomen alterum myrtum appellant.

Drȳŏs hȳphĕăr, δρυὸς ὕφαρ, Genus visci est, copiosissimè in quercu nascens: unde & nomen accepit. Est autem sui generis planta fruticosa, sesquipedalis, lenta, semper virens, gravis odoris, buxi folio, baccis exiguis, sine flore, tactum sequēs, nunquam in terra nascens. Vide Plin. lib. 16. cap. ult.

Drȳŏptĕris, f. t. [δρυόπτερις. Germ. Ein Kraut, so sich den Engelsüß, stemsarb oder baumsarb vergleichet.] Herba est filicis similis, in arboribus nascens, tenui foliorum sub dulcium incisura, radice hirsuta. Plin. li. 27. cap. 9. Vulgus Osmundam arboreā appellat.

Drȳpĕtæ, [δρυπεταὶ. Pol. Dojrzałe oliwne. Vn. Ezt elreszt.] Olivæ sunt maturæ & adultæ, ita dictæ à πίπτω & δρῦς, quasi jam ex arbore decidentes.

D ante V.

D. V. In notis antiquorum, Devotus vir, vel vester, vel Diis volentibus, vel devotus Vestæ, vel dies Quintus. D V C. DVC. Ducum Ductore, vel ducum ductio, vel ductorum ductus. D V L. vel D O L. vel D V L C I S. dulcissimus. D. VIIII. Diebus novem. D V. I S. Devotu istorum servatur. D V. vel D V L. Devotus. D V L. dulcis. D V L M S. dulcissimus. D. V. M. T. dolo vel malo tuo. D. V S. deæ virgines, vel de virtutibus, vel d. verbis.

Dŭĭ, in neut. gen veteres dixerunt pro duo. δύο. Quintil. li. 1. cap. 10: Dua pondo & trepondo usque ad nostram ætatem dictum est, & rectè dici Messala confirmat. Sic etiam apud Cicronem, in Orat. Video sepulchra dua, duorum corporum.

Dŭălĭs, le, Quod est duorū. [δυωεὶς. Gall. Duel, qui appartient à deux. Ital. Numero di due. Germ. Zweeig, zweifach. Hispan. Numero de dos. Pol. Dwoyśki. Vn. Kettőbe. Ang. Of two.] Servius in illud Virg. 2. Aeneid. Conticuēre omnes: Conticuēre (inquit) pro conticuerunt: nec est (ut quidam dicunt) dualis numerus, qui apud Latinos nusquam penitùs invenitur.

Dubenus, teste Festo, pro domino veteres dixerūt. [Pol. Pan. Vn. Vr.] Pacu. Tū dubenus servos ligatos pessimè verberat.

Dŭbĭo, as, Apud antiquos legitur pro dubito, sive in dubio sum. [δοιάζω. Polon. Wątpie. Vng. Kételkedem.] Plautus: Dubitat quid agat.

Dŭbĭŭs, m. f. Dicitur, qui duas vias habet, & utram eligat, nescit: sicut ambiguum, quod in ambas agi partes potest. [ספק talah, ἀμφίβολος, ἄπορος. Gal. Doubteux, incertain. Ital. Dubbioso. Ger. Zweiffelhaftig. Bel. Twyfelachtig, onseker. Hisp. Dudoso. Pol. Wątpliwy. Vn. Kétséges. Ang. Doubtfull, uncertain.] Livius 4. ab Vrbe: Quum equites procul visi non sine terrore habitis quinam essent, mox cogniti, &c. Virg. 2. Aeneid. Nec dubiis ea signa dedit. Terentius: Non dubium est quin magnum ex hac re sit malum. Lib. 1. ad Herenn. Dubium genus est, quum habet in se causa & honestatis, & turpitudinis partem. ¶ Nonnunquam etiam dubium accipitur pro anceps periculo. Vnde in dubium venire, idem est quod in discrimen adduci. Terentius in Adelphis: Tua fama & gnatæ vita in dubium veniet. Sic Salutem dubiam dixit Cicero in Epistol. ad Ligarium, pro ea quæ in periculo versatur. ¶ Cœna dubia dicitur, quum tanta apponitur ciborum copia, ut cogamur dubitare quid potissimùm debeas sumere. Terentius in Phorm. Le ringitur, tu rideas: Prior bibas, prior decumbas: cœna dubia apponitur. G. Quid istuc verbi est? S. Vbi tu dubites quidnam potissimùm. ¶ Dubia causa dicitur, quæ (ut vocamur forensi) semiplenè probata est. Gl. est celebris in l. admonendi. ff de jurejurand. Dubiis interpretandis ad mores deflectendum esse. Schola nostra omninò recepit.

Dŭbĭē, adverbium. [ἀμφιβόλως. Gal. Douteusement, en doute, incertainement. Ital. Dubbiosamente. German. Zweiffelhaftiglich. Bel. Twyfelacht. Hisp. Dudosamente. Polon. Niepewnie, wątpliwie. Vngarice. Kétségessen. Angl. Doubtfully.] Cicer. 1. de Divin. Potest autem accidere ut aliquod signum dubiè datum, pro certo sit acceptum. Livius 2. ab Vrbe: Nec dubiè laudibus extollit miserias suas. Hujus contrarium est Indubiè, ἀναμφιβόλως, sine dubio.

Dŭbĭōsŭs, à, um, adiectivum, Incertus, dubius. [ספק safek. ἀμφίβολος, ἄπορος. Gal. Douteux, plein de doubte. Ital. Dubbioso. Ger. Zweiffel/ungewiß. Hisp. Dudoso. Polon. Niepewny. Vng. Kétséges. An. Very doubtfull or uncertaine.] Gel. lib. 3. cap. 3: Quas à cæteris segregavit, quoniam dubiosæ non erant. Idem lib. 5. cap. 10: Dubiosum hoc, inexplicabileq;.

Dŭbĭō, as, Dubius sum. [ספק safak. ἀμφιβάλλω, ἀπορέω. Gal. Douter. Ital. Dubitare. Ger. Zweiffeln. Bel. Twyfelen. Hisp. Dudar. Pol. Wątpie. Vn. Kételkedem. An. To doubte.] Cic. 4. Acad. Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbarent, faciunt quæ fortiter dubitant, hæsitant, revocant se interdum. Idem libro 10. Epistolarum: Nam de tua erga me voluntate non dubitant. ¶ Dubitare item ponitur pro vereri, timere, δειλιᾶν. Plautus in Epidico: Quid istuc dubitas dicere? hoc est, Quid times, aut vereris? Cicero de Amicitia: Nec dubitaverim

lum in omni sermone appellare sapientem. Iuvenalis Satyr. 7: -quis tam Perditus ut dubitet Senecā præferre Neroni? ¶ Hujus composita sunt Addubito, Subdubito, quorum significata vide suis locis.

Dūbĭtātŭs, impersonale: Cic. 4. Verr. Idē Attic. lib. 4: Sed utrum fronte, an mente dubitatur.

Dūbĭtāns, particip. [ספק sofeq פן. ἀμφιβάλλων, ἀμφιβολῶν. Gal. Doubtant, qui doubte ou est en doubte. Ital. Dubitante. German. Zweifflend. Hisp. Dudoso. Polon. Wątpiący. Vngaricè, Kételkôdoin, kételkôdô. Angl. That doubteth, doubting.] Cicero pro domo sua: Identidem se ipse revocando dubitans, timens, hæsitans, omnia aliter ac vos in monimentis habetis & pronuntiarit & fecerit.

Dūbĭtātŭs, partic. [ἀπορούμενος. Pol. Wątpiący. Vn. Ac kirôl kitelkôdw'ak.] Ovid. 2. Metam. Venit, & intravit dubitati tecta parentis. Dubitatus amor apud eundem ad Liviam.

Dūbĭtātio, f. t. Hæsitatio, scrupulus. [ἀπορία. Gall. Doubte. Ital. Dubitatione. Germ. Zweifflung. Hisp. Duda. Pol. Wątpienie. Vn. Kitelkôdés. Ang. Doubt.] Cicer. 2 de Orat. Quis timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio, transactus q, verborū? Idem ad Trebonium: Nullam enim dubitationē apud me reliquisti quantum me amares.

Dūbĭtāntēr quod est à dubitans: Dubitatim à dubitatus, Dubiē, timidē. [ἀπορῶς. Gal. Doubteusement. Ital. Dubbiosamente. Germ. Mit zweiffel. Hisp. Dudosamente. Pol. Wątpliwie. Vn. Kétkedve kétségessen. Ang. Without hope, or doubtefully.] Cæcil. Imperator clamat de medio, ut milites à sinistro cornu removeant, & Gallis non dubitanter immittant. Sisenna apud Nonium: Quòd hostem non dubitatim cum pluteis & scalis iter facere cernebat.

Dūbĭtābĭlis, le, [εὐδιάπορος, εὐδιάβολος. Pol. Wątpliwy. Vn. Kitsége.] Ovid. 13. Metamorph. Atque ego si virtus in me dubitabilis esset, Nobilitate potens essem. Idem lib. 11: -nec erit dubitabile verum.

Ducatus. Vide DVCO.

Dūcēnārĭŭs, m. f. Qui duas centurias: id est, ducētos milites, ducebat in acie secūda, qui & primus hastatus dicebat. [ἀμφεκατοντάρχης. Gal. Capitaine de deux cens hõmes. Ital. Capitano di duecento soldati. Germ. Ein Hauptman vber zweyhundert Kriegsknecht. Hispan. Capitan de dozientos hombres armados. Pol. Rotmistrz nad dwiema sty set mężów. Vngar. Kétszázvitéz hadnagy ya. Ang. A Capitane of two hundred men.] Apud Suetonium legitur quartam judicum decuriam ab Augusto additam esse, quæ Ducenariorum diceretur, judicaretque de levioribus summis. Ducenarii autem videntur nominari à censu ducentorum sestertiorum.

Dūcēnārĭŭs, a, um, adjectiv. Quod cōstat ducētis: [ἀμφεκατόνταρχος. Gal. De deux cens. Ital. Di dugento. Ger. Das zweyhundert hat. Hispan. De dozientos. Pol. Dwiesty. Vng. Kétszázbol valo sereg. An. Of two hundred.] ut, Ducenaria pondera: hoc est, ducentarum librarum, apud Plin. lib. 7. cap. 20.

Dūco, is, duxi, ductum, Deduco, capio, sumo. [נהג nahágh נהל nahál נחה naichih. ἄγομαι, συμπαράγω. Gal. Mener, conduire, guider. Ital. Condurre, conducere. Ger. Führen. Bel. Leyden. Hisp. Guiar, llevar guiando. Pol. Wiodę. Vn. Vizsôm, vezérlem. An. To lead, or guide.] Propriè ducimus volentes, trahimus invitos. Seneca: Fata volentem ducunt, nolentem trahunt. ¶ Quandoque significat respicere, judicare, existimare, ἄγειν quoque Græcis & ἡγεῖσθαι. Cicero Trebatio: Ego si mei commodi rationem ducerem, te mecum esse maximè vellem. Virg. 10. Aeneid. -tantón' me crimine dignum Duxisti? ¶ Quandoque in passivo significat delector, afficior. Cic. in Verr. Act. 2: Si quis honore aut gloria ducitur. ἄγεται. ¶ Quandoque volvere, pertractare. Virgil. lib. 6. Aeneid. Sic equidem ducebam animo, rebarq, futurum. ¶ Quandoque nudare, educere, ἑλκύω. Idem lib. 12: Ille tamen clypeo objecto conversus in hostem Ibat, & auxilio ducto mucrone petebat. ¶ Quandoque contrahere. συνάγω. Idē 9. Aeglog. Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo Duceret apricis in collibus uva colorem. ¶ Ducere somnos, est dormire. Virg. 4. Aeneid. Nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos? ¶ Ducere muros, est struere. τειχίζω. Idem 1. Aeneid. -pars ducere muros, Molirique arcem. ¶ Quandoque contraho. συνάγω. Martialis: Quj ducis vultus, & non legis ista libenter. ¶ Quandoque in longum protrahere. ἐκτείνω. Cicero ad Cæsarem Iun. lib. 11: Ne res duceretur, fecimus ut Hercules Antianus in alium locum transferretur, ex Nonio. ¶ Quāndoque demittere, descendere. Plautus in Aulul. Vbi ille abit, ego me duco ab arbore. ¶ Quandoque gerere. Virg. lib. Aen. 9: Hi bellum assiduè ducunt cum gente Latina. ¶ Quandoque cædere, ut Ducere pugnum, pro Cædere pugno Paul. l. 4. de injuriis: Si cum servo meo pugnum ducere vellem, in proximo testantem invitus percusserim, injuriarum non teneor. ¶ Dicitur & de re obscœna, virilia sua turpiter contrectare. Plaut. Si tenderis, ducite, ne disrumpamini. ¶ Item de funeribus, ut Ducere funus idem sit quo deferre. Virg. 4. Georg. & tristia funera ducunt, ubi scribit Servius illud Persii Satyr. 2: -Nerio jam tertia ducitur uxor, in eadem significatione intelligendum esse. ¶ Dicitur etiam in condemnatis, in addictis, & in iis quibus à magistratu manus injecta esset. Terent. Ducent damnatum domum. Cicer. in Rull. Ego is consul qui concionem metuam, qui Tribunos pleb. perhorrescam? sæpè & sine causa tumultuet? qui timeam ne mihi in carcere habitandum sit, si tribuni plebis duci jussissent. ¶ Hinc & genus locutionis quo uxorem ducere aliquis dicitur, ortum. Coëmptio enim inter virum & uxorem fiebat: & in auctionibus emptori dicebatur, ut rem emptam sibique addictam duceret. ¶ Hujus verbi composita sunt Abduco, adduco, quæ sunt contraria: conduco, circunduco, deduco, diduco, educo, induco, introduco, obduco, perduco, produco, reduco, seduco, subduco, superduco, & traduco: quorum singula vide suis locis.

Dūco, vetus locutio fuit: ducere se, pro latenter abire, ac discedere. Terentius in Hecyra: Vxor, inquit, ubi me ad filiam ire sensit, se duxit foras. & Plautus in Aulularia: Ego me deorsum duco de arbore. & in Bacchidibus: Duc te ab arbore. & Asinius in epistola ad Ciceronem: Balbus quæstor, magno pondere auri, majore argenti coacto de publicis exactionibus, ne stipendio quidem militibus reddito, duxit se à Gadibus. Ex Aldi scholiis in epist. fam.

Dūcātŭs, us, m. q. Præfectura, imperium militare, dignitas ducis. [מנהיגות minhigh. ἡγεμονία, στρατηγία. Gall. Charge, conduite, gouvernement. Ital. Carico, condotta, governo. German. Ein Hauptmanschafft / ein Fürstenthumb. Hispan. La guia ò acudillamento. Polonicè, Panstwo, księstwo. Vngar. Hercegség, hadnagyság. Ang. A duckedome or duchie.] Suetonius in Nerone: Privignum Rufinum Crispinum Poppæa natum, impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus & imperia ludere, mergendum mari dum piscaretur, servis ipsius demandavit. Scribit Lamptidius: Heliogabalum Præposituras, & Ducatus, & officia palatina vendidisse.

Dūcātĭo, nis, ducatus. [Polon. Księstwo. Vng. Vitél, vezérlés.] Tertul. de Coron. milit. Vel ipse hæc præstruxerim, & cæteras officialium coronarum causas, quibus familiarissima ista ducatio necessitatis.

Dūcātŏr, ris, pro duce, apud eundem Tertullianum. [Polon. Księże. Vng. Vezér hadnagy.]

Dūcto, as, act. p. Huc illuc duco. [נהל nihégh. ἄγω, ἡγεμονεύω. Gal. Mener, conduire souvent. Ital. Menar in questa et quella parte. Germ. Hin vnd her führen. Hisp. Guiar à menudo ò en diversas partes. Pol. Tam ò sam wiode. Vn. Hordozom, viselem. An. To lead here and there.] Salust. Huc accedebat, quòd Lucius Sylla exercitum, quem in Asia ductaverat, quo sibi fidum faceret, contra morem majorum, luxuriosè, nimisque liberaliter habuerat. Plaut. in Capt. Me uti libitum est, ductavi dolis. ¶ Ductare etiam est rem Veneream exercere: unde Plautus ludens in voce ambigua: Errabo potius, inquit, quàm quis me ductet. Terent. in Phor. Vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis. Plaut. Asin. -qui quidem cum filio Potet unà, atque unam amicam ductet decrepitus senex. Ad hanc item significationem respicit Quintil. quum ait: Ductare exercitum, non sine rubore dici.

Dūctĭto, as, aliud frequentativum, Sæpè circunduco. [περιάγω. Pol. Vilamnie wodzę. Vng. Gyakrá hordozom.] Ter. in Adelph. Tu inter eas restim ductitans saltabis?

Dūx, ducis, communis generis, Qui ducit. [נגיד nagbidh שליש schalisch פקיד pakidh. ἡγεμών, ἡγεμόνος. Gal. Capitaine, conducteur, celuy qui celle qui meine ou conduit. Ital. Capitano, guida. Ger. Ein Führer oder Führerin. Bel. Een Hooftman/overste. Hisp. Duque, capitan, guiador. Pol. Wodz, hetman. Vng. Vezér, hadnagy, herczeg. An. A captane, he or she that leadeth or guideth.] Plaut. in Cas. Iis præstigiis dux fuit uxor mea hanc invenit rimam. Virgil. 1. Aeneid. -portantur avari Pygmalionis opes pelago dux fœmina facti. Cicero in Verrem: Sed tunc inopes relicti à duce, præfectoque classis, eundem necessariò cursum tenere cœperunt. Idem 1. Tuscul. Mortem, non interitum esse omnia tollentem, atque delentem: sed quandam quasi migrationem, commutationemque vitæ quæ in claris viris & fœminis dux in cœlum soleret esse, in cæteris humi retineretur, & permaneret tamen. Ovid. 2. de Pont. Primus ut auderem committere carmina famæ Impulit, ingenii dux fuit ille mei. Seneca Hippol. Fœmina dux malorum & scelerum artifex.

Dūctŏr, oris, m. t. Qui præest exercitui, imperator, dux. [נגיד nagbidh שליש schalisch פקיד pakidh. ἡγεμών, ἡγεμόνος. Gal. Conducteur, meneur, capitaine. Ital. Conduttiere, capitano. Ger. Ein Hauptmann. Hisp. Guiador. Pol. Hetman. Vn. Hadnagy herczeg. An. A capitane, guyde, or leader.] Virg. 2. Aeneid. -fractis bello, fatisque repulsi Ductores Danaûm. Cic. 1. Tuscul. Quoties non modò

ductores nostri, sed universi etiam exercitus, ad non dubiam mortem concurrere?

Dŭctŭs, us, m. q. nomē, Imperium, præfectura. [מבה minhāgh מקדה pekuddāh. ἀγωγή. Gal. Conduit, conduitte. Ital. Condotta. Ger. Ein führung oder leitung. Bel. Een leydinge. His. Guia, obra de guiar. Pol. Wiedzenie. Vng. Hadnagyág vezérlés, hercegség. An. A guyding or leading.] Livius 4. ab Vibe: Ductu Fabii, cui forte ea provincia evenerat, nihil dignum memoratu actum. ¶ Ductus aquarum. Cic. 2. offic. Adde ductus aquarum, derivationes fluminum. Idem 2. de Leg. Ductus verò aquarum quos ipsi tubos & euripos vocant, quis non, quum hæc videat, irrisserit? Dicitur & aquæductus pro eodem.

Dŭctŏ, as, f. t. ductus: [ἀγωγή. Pol. Przewiedzenie. Vn. Vitel.] ut aquæ ductio. Pomponius D. l. 43 Tit. 20. l. 3: Quia locus, totius fluminis serviat ductioni. Vlpianus. D. lib. 43 Tit. 30. l. 3: Hoc autem interdictum pertinet ad ductionē, ut ducere quis possit eos, in quos habet jus ductionis.

Dŭctārĭus, a, um, adjectivum, Qui ducit. ἀγωγός, ἀγωγεῖον. Vnde ductarius funis, quo in trocleis utimur, & qui per orbiculos trocleæ trajicitur. Apud Catonem & Vitruv. lib. 10. cap. 2. & 3. & 5. [Gal. La corde d' vne polie. Ital. Fune da tirare per vna tirella. German. Zugseil / Schubenseil. Hisp. Maroma ò cuerda para alcar. Pol. Przewodnik. item pewnej kierim przeciągamy. Vn. Vezérlő igazgató, vivő. Ang. That leadeth or guideth.]

Dŭctĭlĭs, le, penult. corr. Quod facilè ducitur, attenuaturque. [מקשה mekscheh. ἐλατός, ἐλάσιμος. Gal. Aise à mener & conduire. Ital. Atto da condurre. Ger. Zugig / das man leicht lich zerziehen kan. Hispan. Cosa que ligeramente se puede bolver. Pol. Cyągliwy. Vng. Vihető ki nyujtható, ky verhető. Ang. That is easily guideth as one pleaseth, that may be made thinne.] Vnde Aes ductile, quod malleis obsequitur, attenuaturque in laminas. Plin. lib. 34 cap. 8: In Cypro æs coronarium, & regulare est: utrumque ductile. ¶ Ductilis scena dicebatur, quum tractis tabulatis hàc atq; illàc species picturæ interior videbatur. Ductile flumen. Martial. lib. 12: hic riguæ ductile flumen aquæ.

Dŭctim, adverbium. Paulatim & cum mora. [ἀεφυρῶς. Gal. Peu à peu. Ital. A poco à poco. Ger. langsam. Hispan. Poco à poco. Polon. Zlecka. Vn. Lassan lassan, halkal. An. By litle and litle, piece and piece.] Plaut. in Curc. Immergere in me liquores tuos sino ductim. Colum. lib. 4. cap. 25: Major autem pars operis in vineā ductim potiùs quàm cæsim facienda est: hoc est, potius ductu falcis, quàm ictu.

Dŭdum, de exiguo tempore dicitur, teste Valla, dimidiæ scilicet horæ, vel horæ unius, duarum, vel trium: ita tamen ut tēpus unius diei rarò excedat: [כבר dibār. πάλαι, οὐκ πολύ. Gal. Piece, il a ja assez long temps, auparavant. Italicè, Poco fa, pur hora. German. Vor langest. Belg. Langhe. Hispan. Agora poco ha, de aqui à poco. Pol. Niedawno. Vng. Imóta rezen. Ang. Long a go, a great while bygone.] ut, Dudum intravi, Dudum te expecto: id est, hora est, vel duæ, vel tres, ex quo intravi, & ex quo te expecto. ¶ Quandoque etiam transcendit diem: Plin. li. 4: Fabri qui dudum assueti apud Pœnos. Et lib. 19: Nam dudum ex eadem Hispania zoelicum venit in Italiam, plagis utilissimū. Terent. in Andria: Quàm maximè ab te postulo atque oro Chreme Vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes.

Dŭēllā. Duæ sextulæ sunt: hoc est, tertia pars unciæ.

Dŭēllum, duelli, n. f. Ab antiquis dicebatur quod postea dictum bellum. [מלחמה milchamāh קרב kerab. πόλεμος. Gal. Guerre. Ita. Guerra. Ger. Ein Krieg zweyer Partheyen. Hisp. Guerra. Polon. Bytwa miedzy dwiema. Vngar. Had. Ang. A combat, fighting of two hand to hand.] Liv. 6. bell. Maced. Quod populus Rom. eo tempore duellum jussisset cum rege Antiocho esse. Cicer. 2. de leg. Nam æs atque ferrum duelli instrumenta, non favi. Cic. de Orat. Antiqui nomina contrahebant, quo essent aptiora, ut duellum, bellum. Hinc Perduellis, & Perduellio: quæ videbis suo loco.

Dŭēllo, as, bello. [לחם milchām. πολεμεῖν. Gal. Guerreyer, combatre. Ital. Combattere, guerrigiare. Germanicè, Kriegen / streiten. Hispan. Guerrear, pelear. Polon. Woiować. Vngar. Hadakozom. Ang. To combat, to fight hand to hand.] Vnde Duellator, qui duellum peragit. [πολεμιστής. Gal. Guerreyeur, combatant. Ital. Combattente, guerriere. Hisp. Guerreador, peleador. Anglicè, That fighteth hand to hand.] Plaut. in Cap. Domi, bellique duellatores optimi.

Dŭēllĭcŭs, a, um, Bellicus. [πολεμικός. Gal. Bellique, de guerre. Ital. Di guerra. Germanicè, Kriegisch. Hispan. Cosa de guerra. Polon. Woiowni. Vn. Hadakozó. Ang. Warelyk, pertaining to warre.] Plaut. in Epid. nempe quem in adolescentia Memorant apud reges armis, arte duellica Divitias magnas sibi adeptū.

Dŭēcensŭs (inquit Festus) cum altero: hoc est, cum filio cēsus.

Dŭēdens. Hostia ab antiquis appellata est, quā nos bidentem dicimus. Festus.

Dŭīs, & Duint. Antiqui dixēre pro dederis, & dederint. Plaut. Capt. At mihi libellum pro eo argento ne duis. Vide D O, das.

Dulcacidus, Dulcisluus. Vide DVLCIS.

Dŭlcĭs, dulce, o m. t. Suavis, charus, jucundus, quod quidam à delicio deducunt, quòd dulcia maximè alliciant. [מתוק methōk γλυκερός, γλυκύς. Gal. Doulce. Ital. Dolce, soave. Germ. Süß. Bel. Suet. His. Dulce. Pol. Słodki. Vn. Edes. An. Sweete in taste.] Plaut. in Trucul. Nunc postquam scio dulce atque amarum quid sit ex pecunia, &c. Cic. 3. de Natur. deor. Omne enim animal sensus habet: sentit igitur & calida & frigida, dulcia & amara. Idem 3. de Legib. Nostra autem causa, quæ optime & dulcissime frater incidit in Tribunitiam potestatem, &c. Idem Attic. lib. 15: Longiori epistolæ superiorique respondi: nunc breviori, propiorique quid respondeam, nisi eam fuisse dulcissimam? Ejus composita sunt Prædulce, valde dulce, πάγκαλον. Subdulce, aliquantum dulce, ὑπόγλυκυ.

Dŭlcĭcŭlŭs, la, lum, diminutivum est à dulci. [מתוק mithōk. ὑπόγλυκυ. Gallicè, Doulcet. Ital. Dolcetto. German. Süßlet. Hispanicè, Dulce vo poco. Polon. Przesłodzony. Vngar. Édesitske. Ang. Sweetish, or somewhat sweete.] ut, Dulciculus caseus. Plautus. Dulcicula potio, Cic. 3. Tusc. Demus scutellam dulciculæ potionis.

Dŭlcēdo, Dulcitas, Dulcitudo, & Dulcor, m. t. in eodem sensu accipiuntur. [מתוק methōk. γλυκύτης. Gal. Doulceur. Ital. Dolcezza. Germ. Süssigkeit. Belg. Suetichevt. Hisp. Dulcura. Pol. Słodkość. Vng. Édesség. An. Sweetnesse.] Plin. Contrectata dulcorem amittit. Nævius: O' suavis linguæ sonitus, ô dulcitas, conspirium animæ. Accius: Tanta huic invasit in corda dulcitudo. Cic. 3. de Orat. Quinetiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maximè voluptatius, quique dulcedine præter cæteros sensus commovetur. Ovid. 1. de Ponto: Nescio qua natale solum dulcedine cunctos Ducit, & immemores non sinit esse sui. Cic. 3. de Orat. Nam urbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo & odor orationis, sunt dulcia à cæteris sensibus.

Dŭlcĭārĭŭs, a, um, adjectivum: ut Dulciarius panis, qui conficitur ex saccharo & nucibus pineis, vel amygdalis ad teretula: ut est qui vulgò apud Italos dicitur Marzapane. ¶ Pistor dulciarius. [ἀρτοποιὸς ἑψητοποιός. Gal. Paistier. Ital. Chi fa confiture, pasticciere. Ger. Ein Lebtücher / pastetenmacher. Hispan. Confitero, pastelero. Pol. Piernikarz, pasztetnik. Vngar. Mézes pogátsa sütő. An. A baker of sweete meates.] Qui panes, & mellita concinnat edulia. Martial. lib. 14: Mille tibi dulces operum manus ista figuras Extruit: huic uni parca laborat apis. Lamprid. de Heliogabalo: Dulciarios habuit, qui de dulcibus exhiberent, quæcunque coqui de diversis eduliis exhibuissent. Vbi dulciarius substantivè accipitur pro concinnatore eduliorum mellitorum.

Dŭlcēo, ces, dulcui, à quo dulcesco, is, Dulcis fio. [מתק mathāk. γλυκαίνομαι. Gal. Devenir doulx, s' adoulcir. Ital. Indolcire, addolcirsi. Germ. Süß werden. Hispan. Endulcirse. Pol. Słodzieć. Vngar. Meg édesülök. Angl. To waxe sweete.] Cicero Cato. Primò uva est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. ¶ Hujus compositum est Obdulcesco, quod est dulcis fio.

Dŭlcē, & dulciter, adverbia. [γλυκερῶς, γλυκέως. Gal. Doulcement. Ita. Dolcemente. German. Süssigtlich. Hispan. Dulcemente. Polon. Słodko. Vng. Édesen. Ang. Sweetely.] Plaut. in Mil. Simul astitit & dulcè & comœdicè. Cicer. de clar. Orat. Tum historia quædam scripta dulcissimè. Cic. 2. de Finib. Aut enim eam voluptatem tueretur quam Aristippus: id est, quæ sensus dulciter ac jucundè moveat.

Dŭlcăcĭdŭs, a, um, Vox est Q. Sereno admodum familiaris, pro eo quod mistum quendam saporem habet ex acido & dulci, cujusmodi sunt quædam ex malorum punicorum genere. [Pol. Słodkokwaskowy. Vn. Borcsos.]

Dŭlcĭfluŭs, a, um, Quod dulciter & suaviter fluit, γλυκυρρόος.

Dŭlcĭlŏquŭs, Qui suaviter loquitur. μελίγλωσσος.

Dŭlcĭsŏnŭs, Suaviter sonans. γλυκυφωνος.

Dŭlco, as, act. p. Dulce efficio. [המתיק himtik. γλυκαίνω. Gal. Adoucir, faire doux. Ital. Addolcire. Germ. Süß machen. His. Endulcar ò hazer dulce à otra cosa. Pol. Słodzić. Vngar. Édesítém. Angl. To make sweete.] Sidon. Apollinaris ad Agricolam: Pareo libens, laudaturus vitæ tam dulcarę solicitus ingenitatem. ¶ Hinc edulco, as, quod est exacerbo, aut amaro, dulce & suave reddo. Cn. Marius: Quapropter edulcare convenit vitam, curasque acerbas sensim gubernare.

Dŭlĭa, [עבודה habodāh. ἐπιμέλεια. Gal. Servitude. Ital. Servitù. German. Knechtschafft / dienstbarkeit. His. Servidumbre. Pol. Służba, posługa. Vn. Szolgálás, (item szolga. Ang. Servitude, service.] Servitus, sive cultus, qualem servi domino exhibent. ¶ Accipitur item pro ipsis servis, quemadmodum & apud Latinos Servitii vocabulum.

Dŭm, adverbium temporale est & modò pro quādo ponitur. [עד ād. ἕως. Gall. Quand, cependant que, jusques à ce que, tant que, pendant que. Ital. Mentre che, fin che. Ger. Dieweil / bis. Belg. Zei bei

Tot dat, so tanghe. Hisp. Mientras que, hasta que. Polon. Pokad, aż. Vng. Mig. Ang. When, or until.] Plin. lib. 7. cap. 53: Nullis evidentibus causis obiere, dum calceantur maturinò duo Cæsares. ¶ Modò pro donec. Ter. Terent. in Eunucho: Expectabo dũ veniat. ¶ Modò pro postquam. Martial. Audieris dum grande sophos: id est, postquam audieris. ¶ Quando autẽ in compositione ponitur post nec, vel non, vel haud, semper adverbium temporis est. ut, necdum, nondum, hauddum, pro non adhuc. ¶ Est etiam conjunctio, & significat modò, vel dummodo. Salust. in Iugurtha: Neq; id quibus modis assequeretur, dum sibi regnum pararet, quicquã pensi habebat. Idem in Catil. Postremò neq; sumptui, neq; modestiæ suæ parcere, dum illos obnoxios fidosq; sibi faceret. ¶ Interdum etiam syllabica est adjectio. Terent. Adesdum, paucis te volo. ¶ Componitur cum qui, ut quidum: cum age, ut agedum: cum modo, ut Dummodo: & cùm taxat, ut duntaxat.

Dūmus, gen. mascul. Dicitur omnis spina. [סיר sir קוץ kots סבך sebech. Gall. Buisson ou espinaye. Ital. Spino, spina. Germ. Ein dornheck. Belg. Een haechdorn. Hisp. Espinal, ò brenna, ò mata aspera. Pol. Cierniina, mysłyaka. Vng. Tüsöi bokok. Ang. A bushe of thornes.] Cic. 5. Tuscul. Animadverti columelam non multum è dumis eminentẽ, in qua inerat sphæræ figura. Ovid. 12. Metam. -solidoque revellere dumo Annosam pinum magno molimine tentat.

Dūmōsus, a, um, Frondosus, spinosus, vepribus plenus. [ὁ ἐν ἀκανθῶδες, ὁ ἐν βάτοις ἐρεικώδης. Gall. Buissonneux, plein d'espines & bruyeres. Ital. Pieno di spine & roui. German. Dornechtig, heckechtig. Hispan. Lleno de espinal, ò brenna ò mata aspera. Polon. Cierniib. Vngar. Tüsöi, bokros. Anglice, Full of bushes and thornes.] Virgil. 1. Aeglog. Non ego vos posthac viridi projectus in antro, Dumosa pendere procul de rupe videbo. Antiqui per interpositionem unius literæ pro eodem dixerunt dufmosus: sicut cosmittere pro committere, casmillus pro camillus & casmœnæ pro camœnæ.

Dūmētum, ti, n. s. Locus est dumis: hoc est, spinis obsitus. [φραγμὸς, ἀκανθῶν. Gall. Vne buissonniere, vn lieu couuert de buissons. Ital. Spinato. Ger. Ein ort da viel dörn vnd hecken sichn. Belg. Een hegge est haga. Hisp. Espinal ò brenna aspero. Pol. Miejsce cierniia pełne. Vng. Bokros, tüsöis. Ang. A ground full of bushes and brambles.] Hujusmodi loca, autore Festo, antiqui appellabant dumecta, quasi dumiceta, quæ postea sublatis per syncopen duabus literis dicta sunt dumeta. Cicer. 5. Tuscul. Septum undiq; & vestitum vepribus & dumetis. Idem 4. Academ. Quum sit enim campus in quo exultare possit oratio, cur eam tantas in angustias, & Stoicorum dumeta compellimus?

Dūntaxĕt, Ex dum adverbio, & taxo, as, pro æstimo: & significat solùm, saltem, dummodo. [רק rak, אך ak, אם אין. Gall. Seulement. Ital. & Hispanice. Solamente. German. Allein. Pol. Tylko. Vngarice, Csak. Anglice, Only.] Cic. pro Dejot. Quod ipsum etsi non iniquum est, in duo duntaxat periculo. ¶ Interdum etiam (quod aliqui negaverunt) habet ante se negationem: & post se, Sed etiam, aut Verum etiam. Liv. libr. 46: Nec animum nobis duntaxat fidelem, ac bonum præstitit, sed omnibus interfuit bellis, quæ gessistis.

Dŭo. [שנים schnaijm, δύο, vel δύω Atticè. Gall. Deux. Ital. Due. German. Zween, zwo, zwey. Belg. Twee. Hisp. Dos en numero. Pol. Dwa. Vng. Kettö. Ang. Two.] & Ambo sicuti docet Priscianus, genitivos & accusativos per secundam declinationem profert duorũ, amborum, duos, ambos. Dativus aut & ablativus tertiam inflexionem sequuntur. In genitivo frequens est syncopa duũm pro duorum. ¶ Invenitur etiam accusativus masculinorum quandoque similis nominativo, proferturque in o, more Græco. Horatius: -duo si discordia vexet inertes. Virgil. 11. Aen. Si duo præterea tales Idæa tulisset Terra viros: id est, duos.

Dŭōdĕcim, [שתים עשר schnaim hasar. δώδεκα, δυοκαίδεκα. Gallice, Douze. Italice, Dodici. Germanice, Zwölff. Hispan. Doze en numero. Polon. Dwanaście. Vngar. Tizenkettö. Ang. Twelue.] Cicer. 2. de Legibus: Discebamus enim pueri duodecim, ut carmen necessarium.

Dŭōdĕcĭmŭs, & duodenus. [שתים עשר schnaim hasar. δωδέκατος. Gall. Douzieme. Ital. Dodecimo. German. Der zwölffte. Hisp. Dozeno in orden. Pol. Dwanaśćie. Vng. Tizenkettödik. Ang. The twelueth in order.] Plin. Nec tota sua ætate generant, ferè anno duodecimo desinentes. Cæsar 5. bell. Gall. Vxores habent deni, duodenique inter se communes.

Dŭōdēnārĭus, Duodeviginti, δυοῖν δέοντα ἑκατόν, & hujusmodi, Ducenties, Ducentenus, Duodecies. Liv. 8. bel. Maced. Tiberis duodecies campum Martiũ, planaq; urbis inundavit. ¶ Duodenarius idem quod duodenus: Pomponius Lætus de Sacerdote Romano: Ab hoc numero duodenario arvorum sacerdotes duodecim esse voluit.

Dŭōdēvĭcēs, Duodevigesimus, Ducentesimus.

Dŭōdēvĭcēsĭmŭs, Gell. lib. 3. cap. 10.

Dŭōnum. [טוב tob. ἀγαθός. Gall. Bon. Ital. Buono. Germ. Gut. Hispan. Bueno. Pol. Dobri. Vng. Jó. Ang. Good.] Veteres pro bono dixerunt, sicut duellum pro bello. Festus.

Duplārĭs numus, Vide DVPLVS.

Duplex, hujus duplicis, cujus duæ sunt partes. [משנה mischneh. διπλόος, διπλοῦς. Gall. Double, de double. Ital. Doppio. German. Zweyfach. Belg. Dubbel. Hisp. Doblado ò doble. Polon. Dwoiśći. Vng. Kettö kötöttöre. Ang. Double, twofold.] Virg. 1. Aen. Duplicem gemmis, auroq; coronam. ¶ Nonnunquam etiam pro duobus accipitur: ut apud Cic. 1. Tusc. Itaq; disseruit duas esse vias, duplicesque cursus animorum è corpore discedentium. Virg. 1. Aen. -duplices tendens ad sidera palmas. ¶ Quandoq; latum. Virg. 2. Georg. -duplici aptantur dentalia dorso. Idẽ 3. Georg. At duplex agitur per lumbos spina. Vbi Serv. Aut revera duplex, aut lata. ¶ Duplices tantùm numero plurali, generis masculini, tabellarum genus est, in quibus litere secretiores, & amatoriæ scribi solebant: quæ quidẽ aliquando etiam triplices erant. Martialis: Tunc triplices nostros, non vilia dona putabis, Quum se venturam scribet amica tibi. Sic Duplices, Triplices, Quadruplices, & Quintuplices porticus dicuntur, in quibus ordines columnarũ duplicati, triplicati, quadruplicati, & quintuplicati sunt. Vitruv. li. 5: Duplici palæstratum porticu collocanda complura membra.

Duplĭcĭtĕr, adverbium, Duobus modis, bipertitò. [διχῇ, διχῶς, διχῆ. Gall. Doublement, en deux sortes. Italice. Doppiamente. German. Auff zween weg. Hisp. Dobladamente. Polon. Dwoiako, wdwoie. Vngar. Két képpen. Ang. Twofold or twomose.] Cic. ad Pætum: Dupliciter delectatus sum tuis literis.

Duplĭcārĭī, vel (ut aliis placet) Dupliciarii, milites erãt, qui duplum accipiebãt stipendiũ. [διπλοῦν. Pol. Żołnierze dwoiakiego d'maiacu.] Liv. 2. ab Vrb. Ad hoc centuriones, duplicariosq; qui reliquerant ordines, virgis cæsos securi percutiebat.

Duplĭco, plicas, act. p. Duplicem facio, gemino. [כפל chaphal. διπλόω. Gall. Doubler, redoubler. Ital. Doppiare, raddoppiare. German. Zweyfach machen. Belg. Dubbelen. Hispanice, Doblar. Polon. Dwoić. Vngar. Meg kettöm kötöszöm. Ang. To double.] ut, Duplicare numerum. Cic. 1. de Natur. deor. Quum sæpius duplicaret numerum dicrum, &c. Vnde & pro augere. Salust. Et Maurus victus duplicaverat bellum. Virgil. in Bucolicis: Et sol crescentes decedens duplicat umbras. ¶ Hinc Adduplico, Conduplico, & Reduplico, ἀναδιπλόω.

Duplĭcātō, adverbium. [διχῇ. Gall. Doublement, en double. Ital. Doppiamente, à doppio. Ger. Zweyfattigklich. Hispan. Dobladamente. Polon. We dwoie. Vngar. Két rendel, kettöskö. Ang. Double, two wyse or manner.] Plinius libro 2. cap. 17: Rursus Saturni & Iovis (Stellæ) duplicatò digrediuntur.

Duplĭōnem, veteres dixerunt mulctam dupli, eadem forma qua Talionem dicimus pœnam, quã quis ad simile damnum condemnatur, quale alteri intulerit. [ζημία τοῦ διπλασίου. Gallicè. Le double, deux fois autant, peine du double. Italice, Pena del doppio. Germanice, Zweyfache strafff. Hispan. Pena del doblo. Polonicè, Dwoyśka kara. Vngar. Két annyiszor. Ang. The double, twise so much.] Plin. lib. 18. cap. 3: Noxámve, duplionémve Prætoris arbitratu decerni.

Dŭplŭs, dupla, duplum, Alterum tantum. [משנה mischneh, διπλάσιος. Gall. Double, encor autant. Ital. Doppio, due volte tanto. Germanice, Zweyfachtig / noch ein mal auff vnd/ oder auff groß. Hispanice. Doblado, dos veces tanto. Polon. Dwoiaky, jeszcze raz tak wielie. Vng. Két annyi. Ang. Double, twise so much.] Vnde verbum Duplo, διπλόω, idẽ est quod Duplico. Plautus in Pœnul. Duplum pro furto mihi opus est. Idem in Capt. Qui locant cæduados agnos, & duplam agninam dantur: id est, qui sub nomine agninæ carnis ovillam quoque vendunt, & ita duplum: hoc est, duplicatam & duorum generum agninam præbent, mentientes agninam esse.

Dŭplŭm, æ, pro Duplum. [Pol. Dwoiaka. Vng. Két annyi.] unde duplæ cautio, quam emptor stipulabatur à venditore duplũ pretium rei, si ea evinceretur, quod in pretiosarum rerum venditionibus fieri solebat. Varr. lib. 2. de Re rust. Si res mancipio non datur, dupla promitti solet: aut si ita pacti, simpla.

Duplum, dupli, n. s. substantivum: [משנה mischneh, τὸ διπλάσιον. Gal. Le double. Ital. Doppio. Ger. Zweyfach / doppiet. Hisp. El doblo. Pol. Dwoiaka. Vng. Két annyi. Ang. The double.] ut Condemnari dupli, ea forma dictum qua condemnari capitis. Cato de Re rust. in præfatione: Majores enim nostri sic habuêre, & ita legibus poluêre, furem dupli condemnari, fœneratorem quadruplicid est, ut bis tantùm reddat, quãtum furatus est. Sic pœnã dupli, apud Cic libr. 3. Officiorum.

Dŭplārĭs numerus, dicitur in quo minor bis numerat. διπλάσιος. Duplariæ, sive duplares actiones, dicũtur à Iurisconsultis, quę in duplum dabãtur: sicut quadruplariæ, quę in quadruplũ. ¶ Duplares militeẽ, in veteri militia dicebãtur, qui torque aureo ob virtutẽ donati, duplam annonam accipiebant ampliùs quàm cæteri: quemadmodũ simplares, qui annonam simplam accipiebant,

piebant, præter eam quæ in singula militũ capita distribuebatur. Ita dicti, quòd duplam & simplam annonam extra ordinẽ accipiebant. Veget. lib. 2: Torquati, *inquit*, duplares, & torquati simplares erant, quibus torquis aureus solidus virtutis præmium fuit: quem qui meruisset, præter laudem interdum duas consequebatur annonas: duplares duas, simplares unam.

Dūplāri, Duplicari. [Polon. Dwoię. Vng. Kettőzetni.] Gajus D. lib. 38. Tit. 10. l. 3: Admonendi tamen sumus parentum liberorumque personas semper duplari.

Dūplātio, Dupli pœna, duplio. Paulus D. lib. 9. Tit. 4. l. 31: Certè nõ tantùm duplationis, sed & condictionis rationem habendam Julianus putat.

Dūpondius, Vide DIPONDIVS.

Durāmen, Duramentum, Duracinæ uvæ, Vide DVRVS.

Dūrātĕus, a, um, Ligneus. [δουράτεος. Gall. *De bois, ou dur comme bois.* Ital. *Ligneo, de legno.* Ger. Hültzin. Hisp. *Cosa de madera ó de lenna.* Polon. Drewniani. Vngar. *Fás, fából valo.* Ang. *Of woode.*] Lucret. lib. 1: Nec clàm durateus Trojanis Pergama partu Inflammasset equus nocturno Grajugenarum. Adjectivum est Grecum. Illi enim Durata, δούρατα vocant, quæ nos *ligna*.

Dūrĭus, a, um, δούρειος. Durateus: id est, ligneus. Inde Nox duria apud Valerium Flacc. 2. Argonaut. -manet immotis nox duria fatis. Pro ea nocte qua durius equus à Trojanis exceptus fuit, & in urbẽ admissus. Cęl. Rhodig. lib. 27. Antiq. lect. c. 25. ait: Equos durios ex poëtica historia posse dici magnos staturosos q; à magnitudine videlicet equi illius Trojani.

Duretā, [Pol. *Wanna do micyia.*] Hispanica vox est, qua illi significare solẽt vas illud amplũ in balneis, in quo sedentes lavamur: Latini solium vocãt. Suetonius in Augusto: At quoties nervorum causa marinis, albulisq; calidis utendum esset, contentus hoc erat, ut insidens ligneo solio, (quod ipse Hispanico verbo Duretam appellabat) manus ac pedes alternis jactaret.

Dūrus, a, um, Solidus, firmus, & difficilè cedens tactui: ejus contrarium est Mollis. [קשה kascheh. σκληρὸς, ἀντίτυπος. Gall. *Dur & aspre.* Ital. Duro. Ger. & Belg. Hart. Hisp. *Cosa dura, cruel ó difficil.* Pol. Twardi. Vng. Cemény. Ang. Harde.] Virg. 4. Aen. -sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus. ¶ Per translationem capitur modò pro patiente, ac tolerante laborum. Idẽ 2. Georgic. Scipiadas duros bello. Et 6. Aen. -gens dura atque aspera cultu. ¶ Aliquando pro sævo, crudeli, aspero, Idem 3. Georgic. Quid juvenis, magnum cui versat in ossibus ignem Durus amor? Cic. 7. Verrin. Quis tam fuit illo tempore durus & ferreus, quis tam inhumanus præter unum te, &c. Terent. Phorm. Adeone ingenio te esse duro, atq; inexorabili, Vt neq; misericordia, neq; precibus molliri queas? ¶ Accipitur item pro noxio. Virgil 4. Georg. Aut durum tineæ genus. ¶ Durus ad studia, qui studiorum delectatione non capitur. Cicer. pro Archia: Nam & Cimbricas res adolescens attigit, & ipsi illi C. Mario qui durior ad hæc studia videbatur, jucundus fuit.

Duricors, om. σκληροκάρδιος, σκληρόψυχος, à nonnullis dicitur pro eo quod est duri cordis.

Dūriŭscŭlus, diminutivum. [ὑπόσκληρος. Gall. *Duret, vn peu dur.* Italice. *Aliquanto duro.* Germanice. Hartlecht. Hispanicè. *Cosa vn poco dura.* Polonicè. *Prÿś wardsÿm.* Vng. Keményetske. Anglicè, *Somewhat harde.*] Plinius in præfat. Ille enim, ut scis, permutatis prioribus syllabis duriusculum se fecit.

Dūrē, & Duriter, adverbia, inter se differunt: quòd duriter sit, sine sensu laboris: Durè, crudeliter, ut illud ad laborẽ, hoc ad sævitiam referatur. [σκληρῶς. Gall. Durement. Ital. & Hisp. Duramente. Germ. Hartiglich. Polon. Twardo. Vngar. Keményen. Ang. Hardely.] ¶ Præterea durè in alterum, duriter in nos aliquid facimus. Terent. in Andr. Primùm hæc pudicè vitam, parcè ac duriter Agebat, lana ac tela victum quæritans. Sed hæc differentia, ut pleręque aliæ, à scriptoribus nullo pacto observatur. Terent. in Adelph. factum à vobis duriter, Immisericorditerque est: atq; etiam, si est, pater, Dicendum magis apertè, illiberaliter. Verba sunt Aeschinis ad Mitionẽ patrem, quibus cum illo expostulat, quòd ipse, & simulatus ille hospes Milesius nimis duriter consuluissent, non de se ipsis, sed de virgine illa, & ejus amatore.

Dūrĭtĭa, tię, & Durities, tiei, f. q. Firmitas, & soliditas. [קשי keschi. σκληρότης, ἀντιτυπία. Gall. Dureté. Ital. *Fermezza, saldezza, durezza, crudeltà.* Ger. Harte. Hisp. *Durezza, crueldad.* Pol. Twardość. Vng. Keménység. Ang. Hardenesse.] Plin. li. 9. cap. 36: Tanta duritia aculeo est. Idẽ lib. 13. cap. 9: Duritię firmę lignũ. ¶ Accipitur & pro asperitate, crudelitateq;. Terent. in Heavton. -tum hoc timet, Ne tua duritia illa antiqua etiã adaucta sit. Cic. in Partit. Et fortitudinẽ audacia imitatur, & patientiã duritia immanis. Plin. libr. 13. cap. 15: Duritie & maturitate incorrupta spissari. Cic. in Cat. Quanta in altero comitas, in altero durities.

Dūrĭtās, atis, Duritia. [σκληρότης. Pol. Twardość. Vngar. Keménség.] Cic. in Orat. Alii duritatem & severitatẽ quandam verbis, & orationis quasi mœstitiam sequuntur.

Dūrābĭlĭs, le, Quod durare potest. [διαρκής. Gall. *Qui est de durée.* Ital. *Durabile, che può durare.* Ger. Langwirig/ wärhafft. Hisp. *Durable, cosa que puede durar.* Pol. Trwał'i. Vng. *Tarto, sokaig álo.* Ang. Durable.] Ovid. Quod caret alterna requie, durabile nõ est. Plin. l. 16. c. 43: Durabilia ac sectilia, quę modicè humida.

Dūrāmĕn, & Duramentum, Brachium vitis. [κληματίς. Gall. *Durée, ou ce qui est de durée: le sep ou bras de vigne prochain de la souche.* Ital. *Ramo de la vite, tralci, confirmatione.* Ger. Das hartrübschoß so zu nechst am stock steht. Hisp. *Endurecimiento, penca ò hoja de la vid.* Pol. *Winna à twardsza gal aska przy pniu, gal az.* Vng. *Szőlő vessző (avagy) hóval vezző.* Ang. *The boughe of the wine nigh the stump or stocke.*] Colum. libr. 5. cap. 21: Sed ut caput trunci pedali fere spatio sit inferius jugo, quaternis brachiis, quæ duramenta quidam vocant, dividatur in totidem partes. Idem cap. 22: Cõsiderandũ erit cujus longitudinis sint duramina quæ excedit prædictam mensurã. ¶ Duramentũ etiam pro cõfirmatione & firmitate. Senec. de Tranquill. vitæ: Dices tenera esse virtutum principia, tẽpore ipsis duramentũ & robur accedere. Valer. lib. 2. cap. 2: Efficacissimum igitur virtutis duramẽtum necessitas.

Dūrăcĭnă persica, δωρακινὰ Aeginetę, Quorum corpus ligno adhęret, avelliq; nequit. [Gall. *Qui ont l'escorce ou la peau dure.* Ital. *Persici che non si spiccono da l'osso.* Ger. Pfersich die noch hart anstehen. Hisp. Duraznos. Pol. *Brzoskwinia albo wrzec ...* Vng. *Darancz, baraczk.* Ang. *That hath an harde hull or hard skinne.*] Plin. lib. 15. cap. 21: Sed persicorum palma duracinis. Idem lib. 15. cap. 28: Quædam statim à ligno recedunt, ut nuces & palmæ: quædam adhærent, ut olivæ, lauriq; quorundam generi utraque est natura, ut persicis. Etenim duracinis adhæret corpus, è lignoque avelli nequit, quum in cæteris facilè separetur.

Dūrăcĭnæ uvæ dicuntur, quæ duram & firmam corticem habent, à duritie, vel à duris acinis. [Polon. *Twarde iagodi.*] Plin. libr. 14. cap. 1: Vva non alibi gratior gallo, ut inde possit tenuisse nomen duracini durus acinis. Sueton. ex Epistol. Augusti: Dum lectica ex regia redeo, panis unciam cum paucis acinis uvæ duracinæ comedi.

Dūrĭcŏrĭă, n. f. dicuntur quæ sunt duri corii. [σκληρόδερμα. Gall. *Qui ont le cuir dur.* Ital. *Che hanno il cuojo duro.* Germanice. Die ein harte oder zähe haut haben. Hisp. *Cosas que tienen el cuero duro.* Polon. Twardoskor. Vngaricè, *Kemény bőrw'.* Ang. *That hath an hard hide.*] Vnde Ficus duricoriæ, quæ habent durum corticem: meminit Plin. lib. 15. cap. 18.

Dūro, as, act. p. Durum facio, firmo, solido. [הקשה hikschah. חזק chizzek. σκληρύνω. Gall. *Durcir, endurcir.* Ital. *Far duro, sodo, fermo.* Ger. Hart machen. Hisp. *Endurescer à alguna cosa.* Pol. Twardzam. Vng. *Meg keményitem.* Ang. *To make harde.*] Colum. 7. Annicula mula rectè à matre repellitur, & amota montibus, aut feris locis pascitur, ut ungulas duret, sitque postea longis itineribus habilis. Cæs. 6. bell. Gall. Hoc se labore durant adolescentes. Mart. lib. 13: Sorba sumus molles nimium durantia ventres. Liv. 1. bell. Pun. Nec erat difficile opus quòd cæmenta non calce durata erant. ¶ Quint. lib. 1, per translationẽ ponit pro confirmare: Multa (*inquit*) lingue vitia, nisi primis eximantur annis, inemendabili in posterum pravitate durantur. ¶ Aliquando significat tolerare. καρτερεῖν. Virgil. 1. Aen. Durate, & vosmet rebus servate secundis. In qua significatione quandoq; contra naturam jungitur accusativus maximè apud poëtas. Horat. libr. 1. Carm. Vix durare carinę Possunt imperiosius æquor. ¶ Itẽ persistere, perseverare, diu permanere, παραμένειν, διαμένειν. Plaut. in Amphit. Durare nequeo in ædibus, tantæ probri, stupri, dedecoris à viro argutã meo. Terent. in Adelph. Non hercle hic quidẽ durare quisquam, si sic sit, potest. ¶ Hujus cõposita sunt, Eduro, Induro, Obduro, Pęduro, Perduro, Reduro. quæ vide suis locis.

Dūrēo, es, durui, Durus sum: [קשה kaschah. σκληρύνομαι. Gall. *S'endurcir, devenir dur.* Italice, *Indurire, indurare.* Germanice, Hart seyn. Hispan. *Endurecerse.* Pol. *Twardim sie stawam.* Vng. *Meg keményedem.* Anglicè, *To be harde, or to waxe hard.*] à quo Duresco, durus fio. Cicer. 2. de Nat. deor. Itaque & Aquilonibus, reliquisque frigoribus adjectis durescit humor. Ovid. 2. Metamorph. Oraque duruerant, signumque exangue scribebat. Colum. lib. 9: Plumulę sub cauda clunibus detrahendę, ne stercore coinquinatę durescãt. ¶ Cõposita à duro rarò sunt in usu, quemadmodum & ipsum simplex, sed eorum loco utimur compositis à duresco, ut Induro vix dicimus, frequentissimè autẽ Induresco, Obduresco, undiq; durus fio, ἀποσκληρύνομαι, Perduresco, valde durus fio: quæ vide suis in locis.

Dŭŭmvĭr, duumviri, m. f. eadẽ forma dictus est qua Triumvir, quod scilicet duo tantùm in eo officio essent. [German. Zwen oberste Meister oder Burgermeister / so alle jar vom Rhat gesetzt oder erwehlt werden. Pol. *Iedem Pan jedwa ...* Vng. *Két ember tisztì, az kik azon egy tisztet tsak kettem viselnek.* Ang. *Officers in Rome which had equall authoritie over prisons, as the shrifes in Ingland.*] Erant autem in Coloniis & municipiis summi magistratus, item ut Romæ Consules: de quorum officio & potestate

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

testate consule Lexicon Hotomani. Vlpian. l. Siquis uxori. §. Si fugitivum. ff. de furt. Si fugitivum meum quis quasi suum à Duumviro vel alius qui potestatem habent de carcere vel de custodia dimittendi, acceperit, an is furti teneatur. Cicero in Oratore: Planeque Duumvirorum judicium, aut Triumvirorum capitalium, aut Decemvirorum litibus judicandis dico nunquam. ¶ Duumviri item creabantur usitata lege, qui de perduellione judicarent, de quibus Livius libro 1: Duumviri, inquit, perduellionem judicentisi à duumviris provocarit, provocatione certato, &c. ¶ Duumviri navales, Liv. 9. ab Vrbe: alterum, ut Duumviros navales classis ordinandæ reficiendæq; causa idem populus juberet.

Dŭŭmvĭrātŭs, us, m. q. Dignitas duumvirorum. [Pol. Πανωμαν ἀξιωμα, ἀξιωμα. Vng. Szabadsag, amandarsag. Ang. A sheriffship of equall authoritie.] Plin. lib. 4. Epist. ad Sempronium: Hunc Agonem Trebonius in Duumviratu suo tollendũ curavit. Paul. l. Honores. ff. de Decur. Is qui non sit decurio, duumviratu, vel alis honoribus civilibus fungi non potest.

Dŭŭmvĭrālĭs, le, Quod ad duumviratus munus pertinet: [Pol. Δυωμανδρικος, ἀξιωμα. Vng. Szabadsagbor, amandarsagbor valo. Ang. Belonging to a sheriffship of equall authoritie.] ut, Dignitas duumviralis, Iudicium duumvirale. ¶ Quando verò de homine dicitur, eum significat qui aliquando duumviratum gessit: sicut Consularem vocamus, qui Consulatu perfunctus est. & Triumphalem, qui triumphum peregit. Vlpian. l. j. ff. De albo scrib. Qui duumviratum gesserunt (si hic honor præcellat) & inter duumvirales antiquissimus quisque prior.

Dux, Vide DVCO.

D ante Y.

Dȳas, ἀδος, Numerus est binarius, sicuti decas numerus est denarius.

Dynastes, hujus dynastæ, m. p. δυνάστης, Qui in magistratu est, aut qui in civitate plurimùm pollet. [German. Ein gewattiger grosser Herr. Polon. Pan w. R. P. Δυναστοκρατίας. Vng. Maga biro polgar. Ang. A great lord, or noble man of great power.] ità dictus à verbo Græco δύναμαι, quod posse significat, sive potentè esse. Scribit Strabo, reges Dynastas vocari, propterea quòd plurimùm possint, polleantque, & populos quò velint, aut vi, aut persuasione perducant. Cicero ad Atticum: Erit nebulo iste cum istis dynastis in gratia. Idem 11. Philipp. Idem si cæteri reges, tetrarchæ, dynastæque fecissent. ¶ Horum dignitas Dynastia, δυναστεία, vocatur.

Dyotŏ, æ, sive Diota. [δύο ὠτα, ἢ διώτα. Germ. Ein weingeschirr mit zwey henen oder handhäben. Polon. Dzban ucho vchaty.] Vtroque eum modo scriptum invenimus, Dolii fictilis genus, vino conservando idoneum à duabus auribus: hoc est, ansis, ita appellatum. Vide suprà DIOTA.

Dyscŏlus, m. f. [קשה kasché. δύσκολος. Gall. Difficile, fascheux. Ital. Difficile, fastidioso. Germ. Vngeschickt, vnbeholfen. Hisp. Difficil, de que ha de bastirse. Pol. Rozgniewlik. Vng. Nehéz kedvu, ekkedvu. Ang. Peevish, troublous.] Difficilis, & morosus: quod vitii genus à Græcis δυσκολία appellatur.

Dysentĕrĭa, [δυσεντερία. Gall. Trenchée de ventre avec flux de sang par exclamation de boyaux. Ital. Dolore di ventre con flusso di sangue. Germ. Die rechtfertigkeit oder der rothschaden. Hisp. Camaras de sangre. Polon. Rozwodka. Vngar. Vérhas. Anglicè, The bloodie flixe with gripings of the bowels.] Intestinorum exulceratio cum inflammatione & excretione sanguinolenta, ventrem magnis dolonibus torminibusque exercens. Quidam intestinorum difficultatem, Celsus tormina interpretatur. Cicer. Gallo libro 7. Epistol. Sanè δυσεντερίαν pertimueram. Plin. libr. 22. cap. 25: Ad dysenteriam bibitur cum absinthio. ¶ Hinc Dysentericus, δυσεντερικός, dicitur qui hoc morbo laborat. Plin. lib. 20. cap. 2: Auxiliatur dysentericis semen cucumeris.

Dysnomia, æ, f. p. δυσνομία, dicitur perversa juris, legumque constitutio.

Dyspĕpsĭă, f. p. [δυσπεψία. Gall. Difficile digestion, indigestion. Ital. Crudità di stomacho, indigestione. German. Böse deuwung. Hisp. El ahito de lo no digerido, indigestion. Polon. Zi e trawienie wyl atku. Vngaricè, Gonoszi nehezgo valo gyomor fbajs (anagy) gyomorgas. Ang. Ill digestion, rawnesse of stomack.] Difficilis & ægra concoctio: à δυς particula quæ difficultatem, vel depravationem importat, & πέψις coctio. Galenus libro de Sympt. different. tria ponit læsæ coctionis genera, ἀπεψίαν, βραδύπεψίαν, & δυσπεψίαν: inter quæ hanc ponit differentiam, ut apepsia dicatur quum cibus non mutatur, sed talis omnino permanet, qualis est ingestus. Et hanc Latini propriè cruditatem appellant. Bradypepsia autem quum cibus quidem immutatur, sed ægriùs, tardiùs, & imperfectiùs: nos imbecillam vel tardam coctionem dicere possumus. Dyspepsia verò dicitur, quũ cibus mutatur in alienam qualitatem naturæ nostræ non cõvenientem. Hanc medici nostri *coctionem depravatam* dicere solent. Hanc tamen differentiam ne ipsi quidem medici observantur qui uno dyspepsiæ nomine sæpenumerò omnia coctionis vitia intelligant.

Dysphilus, pen. cor. δύσφιλος. Amicus parũ syncerus. [Pol. Niezyczni przyaciel. Vng. Czinnel valo barat. Ang. An friend not vpright.] Iuvenal. Sat. 3: Non est Romano cuiquã locus hic ubi regnat Protogenes aliquis, vel dysphylus. Castigatiora exemplaria habent Diphilus: & ita omnino legendũ. Videtur enim Iuvenalis ibi notare Græculũ quem piam nomine Diphilum.

Dyspnœă, [δύσπνοια. Gall. Difficulté d'haleine. Ital. Difficoltà di spirare. Ger. Engbrüstigkeit, schwere des athems. Hisp. El acezo. Pol. Trudni oddech. Vn. Nehezen valo lehés. Ang. Difficultie of breathing, purfeyness.] Spirandi difficultas: quod vitii genus senibus solet esse familiare, teste Hippocrate: unde & Virgil. senes, anhelos vocat. Tres autẽ à medicis enumerantur morbi in difficultate spirandi cõsistentes. Nam quũ ea modica est, δύσπνοια: quũ vehementior ὀρθόπνοια vocatur. Quum verò evenit ut nisi recta cervice spiritus trahi non possit, orthopnœa appellatur.

Dyspnŏĭcus, [δυσπνοϊκός. Gall. Qui ne peut avoir son haleine à son aise. Ital. Chi spira con difficultà. Germ. Der da schwerlich athmet. Hisp. El que acezo. Pol. Cierpiący tchnacz. Vn. Nehezen lélegzo. Ang. That breatheth painefully, purfey.] Qui dispnœa laborat. Plin. lib. 24. cap. 6: Ammoniacum prodest dyspnoicis, pleureticis, &c.

Dysŭrĭă, f. p. [δυσουρία. Gal. Difficulté de pisser. Ita. Difficoltà di pissare. Ger. Harnstrenge, harte zu harnen. Hisp. Difficultad de mear. Pol. Rzezawka, trudne wodz posiczanie. Vng. Nehezen vallo hudlas. An. Difficultie to pissing.] Difficultas, & suppressio urinę, calculo, vel materia quapiã crassa, aut caruncula meatũ obstruente. Hoc vitiũ Cato significat, quũ ait: Quibus ægrè lotium it. Cic. Gallo libr. 7: Epicurum tuum Stoici malè accipiunt, quia dicat δυσουρίας & δυσεντερίας nullas sibi molesta esse: quorum alterum morbum edacitatis esse putant, alterum etiam turpioris intemperantiæ. Stranguria autem, morbus est à dysuria diversus, quem nonnulli urinæ stillicidium appellant, quum scilicet tanta est vel urinæ acrimonia, vel vesicæ imbecillitas, ut quicquid in eam illabitur, statim excernatur.

E

SVAPTE natura non ita resonat, sicut A. O. neque tam promptè os diducit, ictuq; magis languido circa arteriam prodit, rictum superiorem aliquo modo deprimit, sonũ tamẽ & auget & minuit ea ratione qua & A, ubi satis abundè dictũ est. In fine dictionis corripitur, præter quãdo in Græcis vocibus scribitur per η, ut in Penelope. Ablativi etiam quintę declinationis producũtur, die, re. Imperativi singulares secundę conjugationis, doce. Monosyllaba: ut, me, te, præter que conjunctio, ve, ne, quum significat an. Adverbia in e, ab adjectivis, us, a, um, ut doctè.

E & Ex. [ἐκ, ἐξ. Gal. De. Ital. Di. Ger. Von/aus auß. Belg. Wat. Hisp. De. Vng. Attul, szerint, kitol. Ang. Of.] Præpositiones sunt ἐ & separant, & cõponuntur. Separatæ, modò tẽporales sunt: ut, Ex illo celebratus honos: hoc est, post illud tempus. Modò locales: ut E cœlo. Modò ponuntur pro à vel ab: ut, Audin è patre meo. ¶ Modò significant pro vel ad, (ἐκ cũ genitivo) ut, Ex dignitate, ex usu, ex utilitate: hoc est, pro dignitate, vel ad dignitatẽ. E Repub. pro Republica. ¶ Modò secundũ, κατὰ: ut Ex Platonis sententiand est, secundũ Platonis sententiã. ¶ Modò in. Cic. E renibus laborat: id est, morbum patiebatur in renibus. ¶ Compositę quandoq; privationem indicant, ut Elinguis, Exanguis. Quandoq; vehementiam vel perfectionẽ, ut Eludo, Exoro. Quandoq; extra, ut Educo, Excludo. ¶ Componitur autem E, cum b, ut Ebibo: d, ut Educo: g, ut egredior: i, ut ejicio: l, ut eludo: m, ut emitto: n, ut enitor: r, ut erigo: u, ut eveho. ¶ Ex verò cum a, ut exaudio: e, ut excurro: e, ut exeo: f, ut efficio: o, ut exoleo: p, ut expello: q, ut exquiro: s, ut exsequor: t, ut extendo: u, ut exuro. Verùm quando post ex, sequitur f, mutatur x in f, ut effundo. Quum verò sequitur s, abjicitur s, ut exequor, & exiccoin aliis intẽgra manet. ¶ Econtrariò, [εἰς ἐναντίας, ἐξ ἐναντίας. Gall. Au contraire. Ital. All'incontro. German. Im gegentheil / herwiderumb. Hispanice El contrario. Polon. Naprzeciwko. Vngar. Vissontag. Ang. On the contrare.] adverbium, significat ediversò, contrà. Cic. 3. de Finib. Econtrariò moderati habitus.

E ante A.

Eale, Fera est in Aethiopia nascens, magnitudine equi fluviatilis, cauda elephanti, colore nigra vel fulva, maxillas habens apti, & majora cubitalibus cornua, mobilia, quæ alterna in pugna